

feminant verbum Dei aliquando est humilis & exigua, contra quod vel quos, 29. ad Rom. Moral. F. ibi, Non respicias quam viles apparent pauperes & pannosi qui euangelizant, sed vocis illius memento, qui dixit, Quandiu vii ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: & illius eiuldem qui dixit, Qui vos audit, me audit.

*Nōnne bēnē dicimūs nos, quia Samaritanus es tu,  
& dāmonum habes?*

**D**æmonium eiecerat Christus, & eum dæmonium, aut cum dæmone conuentionem habere impudenter ingrati Iudei affirmant. Nec tantum ita subsannant aut rident Christum, sed & postea riserunt eius Apostolos, vocando eos multo plenos, cum tamen mustum non haberent. Sed impi conditio est, ut non curet quid dicat, modò dicat, hom. 4. in Acta, ibi, O impudentiam!

Homil. de Dauid & Saule, tomo 1. Inimici vituperando & probra dicendo plus proficiunt, quam amici ad gratiam loquentes: homil. quæ incipit, Evidem, &c.

*Ego dæmonium non habeo.*

**H**om. 12. ad Rom. F. de patiēter ferēdis probris. Non respondeat iniuria per iniuriam. Sic quondam Joseph in carcere, nil mali dicit de impia hera, quæ iniustè eum in carcere fecerat, homil. 63. in Genesim, ibi, Attende obsecro: & infra, Hæc audientes discamus.

Vide hom. 11. in 1. Thessal. P. ibi, Ut exempli causa, te contumelia affecit.

Exemplo Christi prædicator non debet tolerare contemptum sui, si hoc tangit aliorum salutem, & verbi seminat profectum, 13. in 1. ad Timoth. P. ibi, Oportet. Hinc Petrus non est passus coapostolos suos ebrietatis insimulari, A& 2.

Sed cur Christus non vindicat utramque iniuriam? quoniam utraque non est contra diuinitatē, 22. in Ioann. paulo post principium, ibi, Præterea quæsitu dignum est: & hom. 26. in Genes. M. queritur cur Deus vindicauit Cain, iniuriam facientem fratri, & non vindicauit iniuriam factam sibi, quando non dedit de pinguioribus primitijs? Ibidem responderet Chrysostomus.

Vide supra Dominicam 1. quadrag. ibi, vade Sathanus: feriam 3. Dom. 1. & 2. Dom. 4. ibi, Zelus domus domini: & in psal. 131. de mansuetudinis virtute, an consistat in propriarum, an alienarum iniuriarum tolerantia.

*Honorifico patrem meum, vos autem in honoratis me.*

**H**om. 4. ad Coloss. M. Deus tum glorificatur ab hominibus, cum homo nullas exigit rationes eorum, quæ Deus facit: in honorat qui oppositum facit.

*Vos in honoratis.*

**H**oc est contenditis in honorare: nam facitis quæcumque facere solent qui in honorare alios volunt. Ceterum, re vera in honorari Deus ab hominibus non potest, hom. 3. de incomprehensibili Dei natura, tom. 5. P. ibi, Deum namquene mo est qui vel contemnendo obfuscet, vel commendando reddat illustriorem. Quod probat similitudine lapidis, & rectu ecclesiast. 27. Verius autem in honorat se, qui Deum contendit in honorare.

Hom. in psal. 110. P. ibi, Quemadmodum qui solem dicit tenebricosum, astrum non vituperat, sed sua ipsius cæcitatris argumentum protulit: ita qui Dei opera reprehendit, aut in honorare contendit.

*Amendico vobis, Si quis sermonem meum seruauerit,  
mortem non gustabit in eternum.*

**S**vpræ Dominica 3. F. ibi, Beati qui audiunt & custodiunt verbum: & feria 5. Dominicæ 1. ibi, Si manseritis.

Ad perseverantiam hic Christus inuitat. 12. ad Philipp. P. ibi, Nam & cursor.

Sanci viri & si mortem sentiant temporalem, tamen vita æterna viuunt in alio mundo. Sed & in hoc mundo etiam viuere post mortem quodammodo dici possunt: quoniam eorum sepulchra, pulchriora & gloriosiora sunt simulachris tyranorum. 26. in 12. cap. 2. Corin. F. Mor. ibi, Vbi enim quæso Alexandri tumulus est?

*Abraham vidit diem meum.*

**M**agnitudo misericordia Dei in hoc ostenditur, quod filium suum dedit nobis, qui gratis redemit nos. Sed idem Deus videri vult quasi non gratis redimens, 25. ad Hebræos. F. ibi, Mihil autem considera.

De immolatione Isaac, 8. ad Colossens. M. ibi, Non conqueritur. Vide expositionem vndeclimi capit. ad Hebr. tom. 4. & homilias alias de Isaac, & Abraham, quæ sunt in 1. tomo.

## FERIA II. DOM. PASSIONIS.

**O**bserua (pie recollector) quod de euangelijs quæ leguntur præsenti in hebdomada ab ecclesiâ, nil aut parum adnotauimus præter ea quæ in homilijs in Ioannem, pro corundem euangeliorū explanatione, copiosè scripsit Chrysostomus, quo sic spaciari latius aut longius Ecclesiastes in tractatu mysterij passionis posset. Itaque pro hac feria 2. lege 49. & 50. homiliam in Ioannem.

*Pro feria III.*

*Lege homilias 47. & 48. in Ioannem.*

*Pro feria IV.*

*Homiliam 60. in Ioannem, P.M.F.*

## FERIA V. PASSIONIS, DE MARIA PECCATRICE, EXEMPLIO POENITENTIAE.

**P**ro exordio, vide prologum in psalm. 50. ibi, Pistores: & 27. hom. in Matth. oper. perf. F.

Cuius peccatricis historię usus aut fructus est, vt non desperet peccator, sed ex eo peccatricis couerterat se à vijs suis pessimis. Sed cauendum ne prætextu indulgentiae peccemus, homil. 22. ad popul. M. ibi, Euaserant, &c. Sed vide ne mollescas auditæ Dei bonitate.

Epistola ad Theodorum lapsus.

Epist. aut oratione de B. Philogonio, tom. 5.

Homil. 7. ad popul. de diuina clementia, in peccatores, M. ibi, Si autem homines,

Homil. 3. de poenitentia, contra nimium timidas conscientias præ multitudine delictorum, docet enim quod nostra malitia mensuram habet pietas Dei nequam. De fructu poenitentia ibidem, P. Si lupum inuenero ouem faciam, vas contumelie vas gratiae, F. Si enim delet peccata.

Hom. 4. de poenitentia, cur lapsus sanctorum recensentur: & hom. 5. cur mox Pauli blasphemū non puniuit.

*Et ecce mulier, qua erat in ciuitate peccatrix.*

**A**n peccatrix, quia in ciuitate manet, hom. 5. ad popul. F. ibi, Non quia in ciuitate manes, pro-

pterea

pterea Deus irritabitur, sed quoniam peccati. An etiam peccauit, quia pulchra, aut an pulchritudo causa lapsus, vide 32. & 43. in Genesim, ibi, Vbi igitur, an mala per se ciuitas: & homil. 46. in Genesim, ibi, Et discas.

Homil. 5. de poenitentia, tom. 5. cur haec prævaricatrix Maria, & septem diabolis plena, humana ter à Christo recipitur: & Maria sutor Moyse propter unum paruum murmur, leprosa fit, & durè vulneratur.

Magdalene poenitentia est tibi continentia doctrix & magistra, sed ut ipsa verbum Dei habuit pro regula, sic tu frequenter pro conseruacione castitatis, & ad vitam lasciviam, audi id Pauli, Tollegens membra Christi faciam membra meretricis? absit: hom. de continentia Ioseph, F. tom. 1.

Alia sunt continentia exemplaria, præter hanc Mariam poenitentem, 13. ad Ephes. Mor. Vbi assertit Chrysostomus se vidisse multas delicias vita scelerast mutasse in meliore, ne quis dicat impossibile, ut mulier in deliciis nata, conuertatur ut ista.

Lachrymis rigauit.

**V**erisimile est, quod adhuc iuuenis erat: Cur ergo poenitentiam suam usque ad senium non differt? vel, nunquid hoc licet facere? Nequam, 22. in 2. Cor. Mor. F. Vbi obiurgantur durissime, qui differunt contritionem, ibi, Qui enim talis est, etiam in senecta segnis erit.

Hom. 5. in 1. Thess. Fomentum & radix luxuria non atas, non iuuent, sed aliquid aliud.

Sidixeris, Ego peccator, lubens illius peccatri-  
cis exemplo præpararem me Deo: sed timeo ne non possim ad tantum poenitentia gradum peruenire atque ipsa: actum ergo est de me, &c. Respondeo cum Chrysostomo ad Theodorum lapsum, ibi. Vbi assurgere ad solis ordinem non potes, ne contempseris catum astrorum.

De remedio contra luxuriam, 7. in 1. Cor. F. ibi, Quomodo non vis extinguere. Ibidem exponitur sententia proverbiorum, Mulier timens Deum, ipsa laudabitur.

Hic si esset propheta, sciret viisque quia peccatrix est.

15. in Acta Apost. & 62. ad pop. Antioch. De sapientia huius meretricis, que non est irata haec audiens improperia, F. Sit ergo illa & similis tibi palestra & gymnasium.

Dilexit multum.

**D**ilexit Maria Iesum, & ob id eam laudavit: Sed & Iesus laude dignus, qui ipsam diligebat, nec fastidiosus, 33. in 1. Cor. 13. ibi, Charitas non est fastidiosa.

Dilectionis fervor in Maria, eam excusat, quod ausa est intrare domum & conuiuio non vocata, quod inurbanum & inciuile videtur. Hinc Chrysostomus hom. 33. in Ioan. Cum anima diuino igne exardest, nil terrenum curat, non dedecus, non gloriam, P. ibi, Et contemplare mulieris prudentiam. De Samaritana loquebatur, quam excusat, quod non dixisset, Venite & videte magnum prophetam aut Deum, qui dixit omnia quæcumque feci, sed tantum dixit, Videte hominem: quam loquendi forma in concinnam excusat amoris fervor & deuotio.

Fides tua te saluam fecit, vade in pace.

**Q**uæ prius misera & turbata, aut perditionis filia, nunc quieta, tranquilla, salua, & beata. Quæ omnia charitati & fidei tribuuntur, iuxta id,

A Sed fides tua te, &c. & dici potest quod Dei timorem beatissimam efficit: ut optimè notat & persuadet Chrysostomus in psal. 127. ibi, Beati omnes qui timent Dominum.

#### FERIA VI. DE SENTENTIA PER CAYPHAM CONTRA CHRISTVM LATA.

Homilia 63. & 64. in Ioannem.

#### SABBATO DOMINICÆ PASSIONIS, DE ORATIONE CHRISTI.

Pater v. hora, clarifica filium tuum.

**C**onsule homilias 79. 80. & 81. in Ioannem: & vide suprà Sabbatum Dominicæ 3. de adultera, ibi, Diluculo venit ad templum.

#### PRO EVANGELIO ANNVENTATIONIS B. MARIAE VIRGINIS, ET MYSTERIO INCARNATIONIS FILII EIUS, IESU CHRISTI DOMINI NOSTRI.

Missus est Angelus Gabriel ad Mariam virginem deponsatam viro.

Homil. de interdictione arboris, tom. 1.

Ingressus ad eam Angelus.

**H**omil. 9. in 1. ad Timoth. de filiabus educatis, ibi, Curate sollicitè, ut filii domini iugiter sint. Homil. 23. ad Ephefios, cur Angeli apparent succinti.

Absens erat Ioseph, cum ingressus est Angelus: homil. 1. in Matth. operis imperfeci. F. Vbi de bona opinione, quam Ioseph de sua coniuge Maria habebat, agitur.

Turbata est, & cogitabat.

**E**sias sic turbatur, ut legitur hom. in 6. c. eiusdem Esajas, M. ibi, Etenim sunt tales sancti omnes, si potiuntur aliquando cumulatore honore.

Fecit Maria, quod quondam fecisse debuit Eua: Nam 16. in Genesim homilia queritur, Quid Eua debuit facere, cum serpens venit, ibi, Oportebat? Vide in eadem homilia plurima obseruatione dignissima.

Homil. 25. ad Hebreos, Abraham non est turbatus, quando audiuist vocem, Offer filium tuum, & præfer fidem Abrahæ fidei Noë: veruntamen non debet præferti fidei Marie, de qua hic dicitur, quod turbata est. Nam non in fide turbatur, quia nondum ei aliiquid de fide aut incarnatione dictum fuit, cu turbata est, sed tantum dictum erat, Ave gratia plena. Obstupescit ergo, & turbatur solùm, propter laudes ab angelo prolatas.

Si obijcas ex Chrysostomo homil. 45. in Ioan. dicente, Quando subit quæstio quomodo aliquid fiat, simul & subit incredulitas: Dicendum quod aliud est dicere, nunquid poterit fieri istud, aut quomodo poterit fieri. Item 2. dic eam non simpli-  
citer, dixisse, Quomodo fiet istud, sed addidisse, Quoniam virum non cognosco, quafi diceret: Narra ergo mihi modum quem nondum scio. Et sic incredula non erat. Vnde ne rumor tantillus aut suspicio de eius credulitate esset, diuina prouidentia effectum est, ut mox Spiritu sancto repleta Elizabeth, ei & posteris diceret, Beata quæ credidisti: cum hoc ilicet dictum fuit de fidelissima, aut ad fidelissimam Mariam, certum est. D. Chrysostomum, sub sua generali regula suprà adnotata, eam comprehendere noluisse, sed alios, vt pote Nicodemū, cuius ibidem meminit, Adde quod ipsa fidelissima

Maria

Maria nil est percunctata de Dei potentia. Non enim dicit, Quomodo potest fieri iustus, sed, Quomodo fiet istud? Non dubitans de potentia, sed ignorans modum, quæstionem indubia proposuit.

Ceterum in hoc similis fuit Abraham, de quo dicitur, Cogitabat quia potens est suscitare filium à mortuis. Nam ipsa audita voce, Non est impossibile apud Deum omne verbum, creditis posse se esse matrem, & permansuram virginem.

De cuius incarnationis articulo aut fide, hoc crede Deum facere posse, quod nos cogitatione non possumus inuestigare, vt tom. 5. homil. de symbolo legitur, ibi, Credulitas nostra, &c. respondens ijs qui querunt, quomodo natus est de virginie.

*Ne timeas Maria.*

**H**om. 38. in Genes. aliquid latere docet in verbo Angeli, vocantis ancillam Abraham nomine suo proprio, Agar. Sic latere potest mysteriū aut consolatio angelica in hoc, quod Angelus vocat eā nomine proprio dicens, Maria, quod significat, dominia aut exaltata, quasi dicat: Cur times, ne deprimam te, quæ exaltata es: vel cur times me tanquam malum Angelum, cùm tu domina sis, in quam spiritus malignus non habet quicquam, & sis ipsa de qua dicitur, Mulier conteret caput serpentis.

*Inuenisti gratiam apud Deum.*

**H**omil. 10. in 2. ad Timoth. Quomodo quis poterit sibi comparare gratiam Dei. Et 2. in 2. ad Theessalo. P. Non sine causa gratiam Dei optat Paulus.

*Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur.*

**H**omil. 6. ad Philipp. ibi, Sed hæc de patre inquiunt, filius vero parvus est in psal. 46. M. ibi, Quando ergo audieris crucifixum esse Dominum usque, Quidni enim: & in psal. 47. P.

**D**OMINICA PALMARVM, ANNOTATIONES EX D. CHRYSOSTOMI operibus collecta pro passionis historia, secundum IIII. Euangelistas.

**P**rimò omnium cōsule omnes homilia in Matthæum operis perfecti, à medio homiliæ octuagesimæ, ibi, Tunc congregati sunt principes sacerdotum, usque ad nonagessimam primam inclusiæ: ex quibus omnibus, aut alijs in Matthæum, nil specialiter adnotauimus, prout lectorem certum fecimus in epistola nuncupatoria.

Secundò obserua ex hom. 30. in Genes. cur passionis hæc hebdomada, à vulgo vocatur magna hebdomada, & quid in ea agendum. Narratur siquidem ibidem, quod palatiorum & iudiciorum fores tum claudebantur, & captivi liberabantur.

Quod si querat quis, cur pluribus diebus & longius, imò frequentius tractatur passionis mysteriū, quæ natuitatis missionis Spiritus sancti, aut ascensionis, respondendum erit, quoniam Christum aut quemuis alium hominem aliquid pati, præstantius est, quæ aliquid agere: & pro huiuscēdē paradoxi veritate, vide tom. 5. epist. 3. ad Olympiadem foemina illustrem: homiliam item in dictum Pauli, Habetēs cundem spiritum: & in Psal. 127.

Vide etiam 2. hom. in 2. ad Timoth. P. Cur sapientius de passionis quæm incarnacionis mysterio fit in ecclesia mentio: & homil. 22. in Ioan. F. Cur Christus Iesus obscurè de sua morte est loquitus.

Quid pro nobis Christus morti sese offerens fecit aut meruit. 52. ad pop. 13. ad Rom. ibi. De peccato damnauit peccatum: & in id Epist. ad Galat. Mihi absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri, &c.

A **H**omil. de symbolo, ibi, Magnum sacramentum passio.

Cur palam moritur, & clam resurgit, homil. ad Coloss. 6. M. ibi, Nam quoniam totum.

Homil. 66. ad pop. De passione, gloria resurrectionis, & scandalo crucis, vbi narratur, Senatum Romanum noluisse recensere in Deorum numero Iesum Christum, quod per crucem rumor eius & gloria in orbem peruenisset: sed Spiritus sanctus occultam aliam habebat rationem; ne scilicet mortali decreto, Christi prædicaretur diuinitas: ibi, Hoc autem etiam ipsis nolentibus est dispensatum. Vide supra in Euangelio transfigurationis, ibi, Hic est filius meus dilectus.

Qui consilium dederunt, & censuerunt expediter vt Christus non dimittatur, sed morti tradatur, dicentes, Ne veniant Romani, & tollant gentem nostram. Pro cuius sententia exaggeratione, lege homil. 42. in Acta, P.

*Intravit Sathan in cor Iude, ut traderet eum.*

**B** **H**omil. 54. in Acta: peccatum priusquam Sathan intravit: & tom. 5. sermone 9. de vitijs & virtutibus: supra Dominica 2. quadrag. de Cananæ, ibi, Male à dæmonio vexatur.

Sed cur Sathan non intravit in Iob. vt in Iudam? hom. in dictum Pauli, Oportet hæreses esse.

*Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?*

**S**ermone primo de ieiunio, cur quem sciebat proditorum elegit in Apostolum Christus?

*Fur erat, & latro, & dixit, Poterat venundari hoc vnguentum, & dari pauperibus.*

**C** **N**on excusat à furto; etiamsi dicat se non fuisse latronem, si non dedisset ei loculos Iesus, lib. 4. de sacerdotio, P. vsque, Etenim quem beneficia meliore non reddunt, is certè grauius supplicium commeretur.

Homil. 6. ad Philip. de peccato Iudæ, & detestatione avaritiae.

Iudas proditor, erat pauperum defraudator, & volebat videri eorum protector: to. 5. sermone 9. de vitijs & virtutibus.

*Simon, Ecce Sathan expetiit, ut cribraret vos sicut triticum.*

**L** Ib. 3. de patientia Iob, cur astutias dæmonis ruelat ipsi Petro, & non ipsi Iob.

*Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.*

**E**X verbis istis Christi ad Petrum, probatur eius supra omnes alias primatus: hinc homil. 3. in Acta, M. Merito primus: 21. in Acta, P. Dux Petrus obambulans, 69. in Ioan. M. F. & 87. in eundem, P.

*Ter me negabis.*

**T** Om. 5. homil. 4. & 6. de pœnitentia, cur lapsus sanctorum describuntur.

*Etsi omnes scandalizati fuerint, ego non te negabo.*

**H** Homil. ad Philipp. 8. contra præsumptionem: hortatur, vt qui stant, videant ne cadant.

*Quando nisi vos sine pena, sacculo, & calciamentis; an aliquid defuit vobis? Sed nunc qui habet sacculum tellat, & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.*

**O** Bscurus hic locus, clarissime exponitur homil. de Prisca & Aquila: & homil. 9. ad

Philip.

Philip. Mor. Fitque conciliatio huius loci cum illo, Luc. 10. Neque peram, neque gladium tuleritis. Vide etiam homil. 9. ad Ephefios.

*Sedete donec vadam illuc, & orem.*

**D**e oratione Christi in horto noctu facta, hom. 42. ad pop. vbi validissimis argumentis inuitat fideles ad orandum potius nocte quam die. Oravit etiam Christus in Cruce, sed cur hic & iste? 27. ad Hebr. 26. in Acta, F. Cur Christus pernoctauit? nonne ut typus nobis fieret?

*Simon dormis? Non potuisti una hora vigilare mecum?*

**H**om. 29. ad Rom. Mor. F. ibi, Tu verò requiem quāris.  
Compati Christo debemus, 13. ad Philipp. P.

*Iuda, osculo filium hominis tradis?*

**T**omo 5. homil. Ne scrutemur curiosè pauperes: Ex hoc dicto Christi ad Iudam, colligit Chrysostomus, non esse exprobrandum pauperibus: Et alia homilia de misericordia, afferit quod numquam Deus cuiquam venienti ad se dixit, Vade in malam rem nequam; aut, Desine impiè.

*Quem queritis?*

In Psal. 46. M. ibidem, cur de cruce Christus non descendit.

*Ceciderunt reversionis.*

**H**inc probatur Christi morituri potentia, 29. in 2. Cor. 13. Ibidem respondetur obiectioni quæ fieri posset ex Paulina fententia, Crurifixus ex infirmitate.

*Petrus amputauit auriculam.*

**N**ec à Christo, nec à Chrysostomo factum hoc Petri probatur; sed Constantini imperatoris factum, ab eodem Chrysostomo laudatur, qui amputari fecit auriculas ijs qui Hierusalem redificare contendebant, contra Prophetarum & Christi prædictionem. Vide suprà, feriam 2. Dominicæ 4. ibi, Zelus domus, &c.

*Respexit Iesus Petrum, & fleuit Petrus amare.*

**O**ratione 5. contra Iudeos, tom. 5. Deus non tantum ante peccatum, sed post correxit Adamum, & monuit. Sed cur nunc non arguit Petrum post tantum lapsum? Ne coram Iudeis mitis Christus confundat discipulum, hom. 8. de pœnitentia, F. tom. 5.

Ibidem, ad martyrium inuitat fideles dicens: Quod si lachryma amara Petri tantum meruit frumentum; quid non consequetur ille, qui non tantum aquas per oculos effuderit, sed sanguinem pro Christo, & lapidatus & cæsus fuerit? 1. Cor. 15. b. 31. ad Hebreos.

Petri pœnitentia perfecta: nam non tantum ob pœnam fleuit, sed quoniam quem desiderabat negauit, 48. ad popul.

Ad eundem populum hom. 80. de Petri negatione, ibi, Facilius est casum cauere, quam lapsos resurgere: 31. ad Hebr. & 5. ad Rom. Mor.

Non tardè itaque veniam habuit. Cur autem Petrus veniam habet, non Cain: homil. 5. contra Iudeos, M. ibi, Dic tu iniquitates tuas.

In Psaln. 88. F. Quando respicit Deus, fugiunt peccata.

A  
*Peccavi, tradens sanguinem iustum.*  
**H**omil. 10. de pœnitentia, de astutia Sathanæ, & inuidia aduersus pœnitentem volentem, & qualiter succurrendum desperare volenti.

Ibidem ponitur discrimen inter fornicatorem Corinthium, & Iudam auarum, ibi, Diabolum non tam latum peccantes reddimus, quam facimus dum desperamus; 51. in Genesim, F.

*Abiens, laqueo se suspendit.*

**C**vr non omnes sacrilegi, fures, proidores, &c. illicò nunc vt ludas, puniuntur? lib. 3. contra vituperates ritæ monasticae, ibi, Cur autem, &c. & suprà feria 6. Domin. 2. ibi, Malos male perdet: & homil. 25. in Genesim.

Dæmon astutus perdere hominem contendit immodico pœnitentia dolore, ho. 4. in 2. Cor. Mor.

*Si tu es Christus, dic nobis.*

In psal. 93. Vbi mentio sit de neruo Iacob.

*Adiuro te: vt dicas, si tu es Christus.*

**H**om. 11. in 1. Thessal. F. Iuramenta cum summa reverentia habenda.

*Scidit vestimenta dicente, Blasphemauit.*

**D**E vario modo vestimenta scindendi, vide suprà feriam 6. Domin. 1. ibi, Hominem non habeo: & Domin. 1. ibi, Vade Sathanæ.

*Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.*

**T**om. 5. sermone 8. de præmijs sanctorum, peccata nec merita æqualia: homil. in psal. 108. peccata que sunt data opera grauiora sunt ijs que sunt à præoccupatis & seductis.

*Ego palam loquutus sum.*

Homil. 28. in Ioannem, P.

*Accipite enim vos, ego enim nullam in eo causam mortis inuenio.*

**H**om. 6. ad Coloss. Quid enim non fecit diabolus, vt clam moreretur?

Nec tyrannus in Paulo mortis inuenit causam: 49. in Act. M.

*Herodes illusit eum.*

**H**om. 28. ad Hebr. catalogus est omnium iniuriarum, quas passus est Christus.

*Est consuetudo, vt unum dimittam vobis in Pascha.*

30. in Genesim, olim in hebdomada sancta vici quidam liberabantur, sed nec superstitiose, vt Iudei faciebant; nec impiè, vt faciunt qui iustificant & eripiunt impium. At verò vincliti illi, de quibus Chrysostomus, fortassis erant non criminosi, sed debitiss obnoxij.

*Venient dies, in quibus dicetur, Beata steriles.*

**P**rædictio est ruinæ & destructionis civitatis Hierusalem ob Christi necem: Iudei tamen negant hoc eis contigisse, vel exulare se propter hanc causam: imò afferunt temere se disiectos,

& à sede

& à fede depositos, quia occiderunt præstigiato-  
rem. Contra quos egregiam fecit apologiam  
Chrysostomus, homil. in Psalm. 8. verū, Ut de-  
struas inimicum.

Vxor Piatii, ad ipsum misit dicens: Nihil tibi & in isto illi,  
multa enim passa sum hac nocte, per vi-  
sum propter eum.

**H**omil. 60. in Ioann. M. Admonitio vxorem  
plerunque maritis utrilibet.

*Crucifixunt Iesum medium inter duos latrones.*

**V**T ignominiosius moreretur: sed Dominus  
hoc malum vertit in bonum, quoniam unus  
latronum laudavit & gloria affectat Iesum dicens:  
Hic nihil maligessit. Figura in iudicio contra Da-  
niellem, homil. 4. ad populum: & oratione 2. contra  
Iudeos.

Arbor, in qua crucifigitur, ea est de qua Psalm.  
1. Lignum quod fructum dabit in tempore suo: ho-  
mil. in Psal. 1. & in principio Psal. 2.

De unctione crucis, homil. de continentia Io-  
seph, in fine tom. 1. Vide etiam 84. in Ioan. P. de  
crucis unctione, & quomodo crux Christi inter  
alias duas.

*Tab, qui destruis templum.*

**H**omil. 23. in Acta Apost. contra eos qui dicunt  
Deum autorem mali.

*Descende de Cruce.*

**C**VR noluit descendere de Cruce, nec iuuare se  
Christus, ut improprietate stulti pagani; homil.  
4. in 1. Corinth. in Psalm. 46. Noluit, quia fecit ali-  
quid mirabilius, homil. 89. in Matth. P.

*Pater ignosc illis.*

Homil. 7. in 1. ad Corinthios, clarè exponitur.

*Neque tu times Deum.*

**V**NUS latro timet Deum, conlatronemque, qui  
Deum non timet, arguit. Qui ideo bonus aut  
beatus latro merito potest; licet aliqui cum  
vincit effet, & in ligno penderet, maledictus dici  
poterat, & erat: sed Dei timor cum beatum reddi-  
dit, ut optimè docet Chrysostomus, homil. in Ps. 127.  
ibi, Beati omnes qui timent Dominum.

*Memento mei Domine.*

**E**pistola ad Theodorum lapsum, ibi, Non enim  
elatrus: homil. 2. in Psal. 50. vbi docet Deum velle  
ut pro remissione peccatorum obtainenda aliquid  
agamus, ibi, Da & tu manum tuam.

*Vnus militum lancea latus eius aperius.*

**H**omil. 89. in Matth. quæritur an Christus fuit  
prius lancea percussus quam mortuus: quæ-  
stio eadem resolutior per Sextum Senensem in an-  
notationibus locorum ambiguorum.

*Tenebrae facte sunt.*

**H**omil. 11. in Ioan. M. ibi, Neque enim miracu-  
lorum gratia Christum duntaxat admiramus,  
sed & passionis, & cum affixus est cruci: & ibi, Ve-  
rum cum sensu.

A

*In syndone munda.*

**C**hrysostomus in liturgia meminit syndonis  
mundæ, vt doceat quam puri, quamque  
mundi corde esse debeant, qui ad augustinum  
Eucharistia sacramentum accedunt. Vide pro  
eadem præparatione ad Eucharist. 45. in Ioan. F. 2.  
in 2. ad Corinth. F.

*De præparatione ad Eucharistiam, pro die  
Pascha.*

**L**ege pariter Indicem de sacramento Euchari-  
stie: & caue ne reconciliatus accedas ad percep-  
tionem tam sacri corporis: Ne sis tamen in recon-  
ciliatione similis Esau, qui dixit: Venient dies lu-  
tus patris, & occidam fratrem. Sunt enim, (ait  
Chrysostomus, homil. 3. de patientia Iob) qui di-  
cunt, Transire sinamus Pascha, & postea litiga-  
bimus.

Et si Ecclesie mandatum sit de Eucharistia sal-  
tem semel in anno die Paschæ sumenda, non se-  
quitur tamen, quod hoc tantum die communican-  
dum sit, vt docet homil. 5. in 1. ad Timoth.

*De sanctissimo die Pascha, & euangelio eius-  
dem diei.*

**D**ies Paschæ, dies exultationis & epularum dici-  
potest: hinc Ecclesia canit cum Davide, Hæc  
dies quam fecit Dominus, exultemus. Et cum Pau-  
lo, Epulemur, non in fermento malitia, sed in azymis  
sinceritatis. Sed modus sit in rebus. Hinc  
Chrysostomus, tom. 4. homil. de collatione in san-  
ctos, de die Paschæ excellentia loquitur, & docet  
quid ipsa die agendum.

Et hom. 9. ad pop. in eos agit, qui ipso die paschæ  
existimabant ob id tantum latandum, quod ab  
onere ieiunandi essent liberati: & hom. supradicta  
27. in 1. Corinth. contra eos qui statim communio-  
ne peracta, se se inebriant & lasciunt.

*De Euangelio Pasche.*

**P**Ro euangelij diei enarratione, vide vltimas in  
Matthæum, & Ioan. homilia: & homil. 6. ad Co-  
lōss. M. Cur clam resurgent qui palam moritur: in  
Psalm. 93. F. Item homil. in Psalm. 2. M. Cur Angeli  
iuxta sepulchrum manent.

*Venient mulieres ad monumentum, vt ynge-  
rent Iesum.*

**H**omil. 85. in Ioan. cur Apostoli, nec vngunt  
corpus Christi vt mulieres, nec sepelunt vt  
Nicodemus & Ioseph.

**D**Item, mulieres sunt sæpe religiosiores, vt  
suprà, Domin. 3. ibi, Extollens vocem, &c. di-  
ctum est.

Sed si religiosiores sunt, cur vetat Paulus ne in  
Ecclesia loquantur aut prædicent? 13. ad Ephes.  
Vbi virtus & virtutes vtriusque sexus traducuntur;  
homil. 9. in 1. ad Timoth. Mulieri docere non per-  
mittitur, in poenam quod prima mulier male do-  
cuit. Ibidem multa afferit Chrysost. in laudem se-  
xus muliebris. 31. ad Roman. Anna docebat in do-  
mo, sed non in templo.

*Feria secunda Pascha.*

**Q**uid in crastino vel Paschæ die, aut dum pe-  
regrinamur, meditandum, quidve agendum,  
vt qui stant non cadant. Meditari & considerare  
oportet quod in medio multorum diabolico-  
rum laqueorum sumus, licet per poenitentiam

crepti,

crepti, & adipe frumenti sacri corporis Iesu Christi satiati. Quos diabolicos laqueos aut diaboli fraudes ut agnoscat lege hom. 15. ad pop. vbi exponitur sententia scripturae, Eccles. 9. Aspice quod in medio laqueorum sis. Ibidem, cur non unus laqueus, sed plures, M. ibi, Etenim volatilia, &c. ut scilicet superioria queramus: hinc frequentes in ecclesia hoc Paschæ tempore, monitoriae audiuntur voces, Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

27. in 1. Cor. F. ibi, Solemnitas ista non est instituta, ut turpiter viuamus.

*Pro eadem die, de peregrinationibus.*

**H**om. 5. ad pop. Antioch. P. Nunc multi longam & transmarinam peregrinationem, à terra finibus in Arabiam veniunt, ut sumum illuminent, & conspicati terram deosculentur, quæ illius victoris Iob certamina & crouorem omni auro preciosiorem, suscepit ibi, Sterquilinio, &c.

Tomo 1. hom. 5. de Iob, F. ibi, Si essem curis vacuus, & firmus corpore, viderem sepulchrum Petri: homil. 2. ad Rom. ibi, Non enim temere. homil. 33. ad Roman. Mor. Cupiebat videre locum, in quo recondita erant duo arnia iustitiae, Petrus & Paulus: & homil. 8. ad Ephes. vincula Patuli videre adhuc desiderat, sed infirmum corpus & animus curæ pastorali implicatus, non permittit. Et hinc discretio in peregrinationis deliberatione eruitur. De qua discretione, Matth. 23. Oportet hæc facere, sed grauiora legis non omittere.

Agitatus quidem à dæmone, inuisit loca Martyrum, ut ab incursibus liberari posset dæmonum:

A & ob hoc laudatur à Chrysostomo, lib. 1. de prouidentia, F.

Tom. 5. de eleemosyna, ibi, Solent enim, &c. ex 4. Reg. 4. & ibi, Quod si ea loca adierimus, vbi Paulus in vincula coniecutus.

Hom. de Iuuentino & Maximo martyribus, F. Idcirco sæpe eos inuisimus, tumulos adorinemus magna fide reliquias eorum contingamus: homil. 1. ad pop. Inter opera piæ & boni viri refert, peregrinationem ad templum, cum querit, Cur talis infimatur, qui tamen sacra inuisit loca? to. 5. oratione de pulchritudine; 26. in 2. Cor. 12. M.

Dum autem peregrinamur, & postulamus eripi à tribulatione quæ circumdat nos, ne sumus similes discipulis duabus dicentibus, Nos sperabamus. Qui tacite videntur dicere, quod iam non sperant, imo desperant; merito correpti, & stulti appellati, quoniam nondum transferat tercia dies. Nos quoque peccamus desperantes, cum non statim ab ægritudine leuamur. Tempus non præscripsit erectionis Deus, qui adiutor est in tempore opportuno: miserendi vero tempus nouit ipse. Nostrum est igitur semper inuocare, & illius est, quando volet, & non semper eripere. Hinc homil. 4. ad pop. Ipsa solutionis tempus relinquamus, nos vero, tantum in sanctitate viuamus.

Speremus itaque, amemus, & credamus in Iesum, qui surrexit à mortuis: quamdiu spiramus, ne stulti sumus, & dicamur, ut duo illi discipuli. Stulti autem nomen, peccatoribus generaliter competit, ut homilia 40. in Ioan. in fine docetur, speciæciter tamen recte congruit hæreticis: hinc 7. ad Ephes. Chrysostomus Artianos vocat stultos: congruit etiam idem nomen auaris, ut scribitur hom. 7. 8. & 9. ad Colossenses.

F I N I S.



S. PATRIS NOSTRI

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI  
ORATIONES IX. IN ALIQVOT  
EVANGELIA.

An. 1587. ex Augustana aliisque Bibliothecis in lucem editæ, Græcè, opera  
Davidis Hæschely Augustani, nunc primum Lutetiae  
Latinitate donata, An. 1588.

Sancti Ioannis Chrysostomi in Annuntiationem.

## ORATIO.

**R**VRVS latitiae Euangelia, rursus etiam iudicia libertatis, rursus reuocatio, rursus reditus, rursus vox iucunditatis, rursus à seruitute vindicatio. Colloquitur cum virgine angelus, quandoquidem & cum virgine sermonem contulit serpens. In mense, inquit, sexto missus est angelus Gabriel ad virginem despontatam viro. Missus est Gabriel, qui Adamo subscriptionem reuocationis ferebat, missus est Gabriel ad virginem, ut muliebris sexus infamiam in honorem transmutaret: missus est Gabriel, ut sponso puro dignum thalamum præpararet: missus est Gabriel ut creatori creaturam despontaret: missus est Gabriel ad animatum regis angelorum palatium missus est Gabriel ad virginem despontatam quidem Ioseph, filio vero referuatam: missus est in corporeus; seruus ad intaminatam virginem: missus est immunis à peccato ad eam, quæ corruptionis omnis expers erat; missa est lucerna ut solem iustitiae denuntiaret, missa est Aurora & quasi præcursor lucis diurnæ, missus est Gabriel qui significet eum, qui est in sinu patris, vlnis quoque maternis gestari; missus est Gabriel qui iudicet eum, qui in throno sedet, etiam in spelunica iaceere: missus est miles, qui secretum regis proponet, secretum quod fide innotuit, non curiositate peruestigatum est, mysterium adorandum, non staterà penpendum, mysterium quod theologia reuelatur non inuestigatur, mysterium quod confitemur, non metimur: *In mense sexto missus est Gabriel ad virginem.* Quem tandem sextum mensem dixit? Ex quo scilicet fœlicem illum nuntium Elizabet accepit, ex quo Ioannem concepit. Vnde id porro constat? interpretetur ipse archangelus, qui his verbis virginem compellauit. *Ecce, inquit, Elizabet cognata tua, & ipsa concepit filium, & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis.* Mense sexto. Sextus mensis conceptionis Ioannis: oportuit enim ut anteveneret miles, oportuit ut antecederet fatelles, oportuit ut viam præpararet dominici aduentus denuntiator. Mense sexto missus est angelus Gabriel ad virginem despontatam viro, non copulatam: despontatam quidem, verum conseruatam. Cui vero despontatam? ne forte citius disceret Latro mysterium. Nouerat quippe Malus ille per Virginem venturum Regem, nam & ipse Esaiæ voices audierat. *Ecce virgo concipiet, & singula fortasse obseruabat quæ de virgine prædicta erant, ut cum adimpleri mysterium intellexisset, instrueret calumnationem.* Propterea Dominus per despon-

A satam venit, quæ enim despontata est, in reliquum tempus oppignorata est. Mense sexto missus est angelus Gabriel ad virginem despontatam viro, cui nomen Ioseph. Audi quid de viro hoc, deque virgine propheta dicat. *Dabitur liber signatus viro scienti literas.* Ut nimirum impolluta sit virgo; & à sacerdotibus dabitur. Cuinam vero? Ioseph fabro. Hic est ille Ioseph qui honestis antè nuptijs coniunctus fuerat, liberosque sustulerat, vxorem amiserat, & ex illo tempore cum magna temperantia laude vixerat, in disciplina Domini liberos educans, & instituens. Ideoque pergens Apostolus Paulus ut euangelium predicaret, & cum unum ex his liberis offendisset, scriptis dicens: *Alium vero Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini, non ut ex virginе Maria, sed ex Ioseph genitum.* Cum igitur Sacerdotes cum Iosepho, ut cum temperanti viro Mariam coniuxissent, eam illi commendarunt, quo usque nuptiarum tempus adueniret, ipsam autem ille intactam virginem conseruatus erat. Id quod multo ante propheta prædictum, *Dabitur,* inquit, *liber signatus viro scienti literas,* hoc est qui iam nuptijs copulatus sit, & dicet non possum legere. Quare vero non potes Ioseph? Non possum, inquit, legere. Signatus enim est liber. Cui referuantur? omnium rerum opifici habitaculum referuantur. Sed ad rem redeamus. Sexto mense missus est Gabriel ad Virginem. Haud dubium quin acceptis mandatis. Huc ades o Angele formidabilis administer esto mysterij, secreto miraculo famulare, ut ad peruestigationem Adami, qui aberrauit, descendam à meis compellor miserationibus. Peccatum enim, qui ad imaginem meam efformatus erat, exoletum reddit, mearumque manuum opificium putridum effecit, inobscuravit pulchritudinem, quam informavi. Lupus meum pecus depascitur, desertus est incola paradisi. Lignum vitæ à romphæa flammæa custoditur, & locus delitiarum conclusus est. Misericordia illius, qui vitæ est, & viatem hostem vincere statui. Sic tamen id faciam, ut omnes cælorum virtutes lateat, tibi vni hoc credo secretum. Proficiscere ad virginem, abi ad animatam ciuitatem, de qua dixit propheta. Gloriæ diæta sunt de te ciuitas Dei. Abi ad portam Orientalem, abi ad habitaculum verbo meo dignum, abi ad alterum in terris cælum, abi ad nubem vacuam, meique aduentus imbre illi significa. Perge ad sanctuarium mihi præparatum, perge ad incarnationis meæ thalamum: perge ad nuptiale cubiculum meæ secundum carnem generationis. Loquere ad aures spiritualis arcæ, præpara mihi aditum auditus. Sed vide ne virginis animum perculeris, aut perturbaueris: Modeste illi sanctuario te siste, primam illi vocem latitiae funde. Tu, dicitio Maræ, *Ave gratia plena,* ut ego miserear. Euxærumnis, ac malis cumulataæ. Hæc cùm audi-

Esaï. 49.

Gal. 1.

uisset angelus sic, vt coniugere est, apud se ratione  
cinabatur. Mira sane res ista, verbum hoc men-  
tem cuiusvis excedit. Qui Cherubim est ipsi  
formidabilis, quem Seraphim contueri non pos-  
sunt, quem omnes angelica virtutes compre-  
hendere nequeunt, qualem congressum pollicet-  
ur? pueræ sua ipius personæ præsentiam de-  
nuntiat, vel potius ingressum per auditum illi  
promittit, & qui Euam condemnauit, ad eius fi-  
liam cohonestandam usque adeo incitatur. Pra-  
para, inquit, mihi ingressum auditus: & venter  
incomprehensibilem potest comprehendere, vere  
tremendum hoc mysterium. Haec cum apud se co-  
gitaret angelus, Dominus ad ipsum ait. Quid per-  
celleris, ac perturbaris, o Gabriel? nonne haud  
ita pridem à me ad Zachariam Pontificem missus  
es? nonne illi fœlicem nuntium nativitatis Ioan-  
nis attulisti? nonne sacerdoti fidem adhibere recu-  
santi silentij pœnam inflixisti? nonne senem vo-  
cis priuatione damnasti? nonne tu pronuntiasti,  
ego vero confirmavi? nonne annuntiationem  
tuam opus ipsum continuo consequutum est?  
nonne concepit sterilis? nonne vterus obediuit?  
nonne infirmitas sterilitatis abscessit? nonne na-  
ture torpor aufugit? numquid segetibus ea nunc  
abundat, qua frugibus penitus antea carebat?  
num impossibile apud me est omne verbum?  
Quomodo ergo te dubitatio inuasit? Quid ergo  
rursus angelus ad hanc? Domine, inquit lapsus  
nature sanare, perturbationum tempestatem se-  
dare, mortificationem membrorum ad vitalem re-  
uocare virtutem, vim liberos pariendi imperare,  
nature sterilitatem in membris iam exoletis extin-  
guere, stipulam senectute confectam in for-  
mam herbescentem transmutare, tellurem infœ-  
cundam statim reddere manipulorum feracem,  
opus est à tua potentia de more perfectum. Tertis  
est Sarra, & post illam Rebecca, & rursus Anna  
qua molesto sterilitatis morbo seruierunt, & à te  
sunt in libertatem vindicata. Virginem vero nullo  
viri usq[ue] congressu peperisse, legibus natura sub-  
limius est, & tuum pueræ aduentum nuntiare.  
Cæli terraque te fines non capiunt, quo pacto  
ergo te vterus capiet virginus? Tum ad eum  
Dominus. Quomodo inquit me ceperit Abra-  
ham tabernaculum? Cui angelus respondit.  
Quippe qui pelagus habuit hospitalitatis. Dein  
de considera Domine, illic visus es à Patriarcha  
in tabernaculo iuxta viam posito, & pertransiisti  
qui omnia complex. Que modo tulerit Maria ignem  
diuinitatis, thronus non incenditur fulgo-  
re collistratus, & ferre te potest obstupefacta vir-  
go? Sane quidem si lexit ignis rubum in deserto,  
lædet omnino & Mariam aduentus meus, sin au-  
tem ignis ille, qui diuini ipsius ignis ex homine  
præsentiam adumbrabat, rubum quidem riga-  
bat, minime autem incendebat, quid existimas  
de veritate dicendum qua non in flamma ignis,  
sed in specie pluviae descendet? Tum vero postea-  
rem imperatam peregit angelus, & ad virginem in-  
gressus, eam his verbis compellauit. *Ave gratia plena, Dominu tecum.* Non iam amplius diabolus con-  
trate, nam ubi primum hostis vulnus inflixit, ibi  
medelam medicus apponit: vnde initium egressus  
mors habuit, inde vita ingressum vita fabricata est.  
Per mulierem mala oriuntur, per mulierem bona  
scaturiunt. *Ave gratia plena.* Noli erubescere tam-  
quam damnationis causa, mater enim eius, qui  
damnauit, per gratiam redderis, *Ave gratia plena.*  
Salve quæ mundo in viduitate iacenti sponsum pa-  
ris impolluta. *Ave gratia plena,* quæ in utero mat-  
ris mortem submergis. *Ave templum Dei animatum.*  
*Ave cælo, ac terra par habitaculum.* *Ave spa-  
tiosum incomprehensibilis naturæ receptacu-  
lum.* Quæ cum ita sint ægrotantibus medicus adue-  
nit, in tenebris sedentibus iustitia sol apparuit,

A tempestate iactatis anchora, portusque tranquil-  
lus, seruus implacabili odio disfunctis legatus est na-  
tus, & pacis vinculum, captiuus redemptor appulit,  
bello vexatis firma ineffabilis gaudij & charita-  
tis proteccio. Ipse enim *est pax nostra* qua Utinam  
æternum frui possimus, benignitate ipsius Chri-  
sti Deique nostri, cui gloria in sæcula sæculorum.  
A M E N.

Esa. 24.

Coloss. 1.  
Thes. 3.

Eiusdem in sancta Theophania, seu  
baptisma Christi.

## ORATIO I I.



I R qui Christum amatis, fratres  
amatis, & hospites diligitis, exci-  
pite velut hospitio linguam  
meam hodie, & aures vestras tam-  
quam fores pandentes ijs oratio-  
nem meam suscipe atque à me  
salutarem prædicationem Euana-  
geli accipite de Christi in lordanem descen-  
tem magis ac magis adametis. Etsi enim seruato-  
ris Epiphania festum præteriit, eius tamen gratia  
omni tempore permanet. Eius ergo delitii per-  
fruamur inexplorabili animo, honestum quippe in  
eiusmodi rebus salutaribus inexplabilem esse.  
Agite, omnes è Galilæa simul in Iudæam profi-  
ciscamur cum Iesu; beatus enim ille qui cum via  
vitæ ambulat. Agite ergo mentis pedibus Iordanem  
assequamur, & Baptizam Ioannem intueamur  
baptizantem eum, qui baptismate non indige-  
bat, sed id agebat, vt nobis baptismatis gratiam  
largiretur. Venite vt contemplemur nostræ  
regenerationis figuram in illis aquis adumbratam.  
Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem, vt bap-  
tizaretur ab eo. O quanta est Domini humilitas, ô  
quanta denissio. Rex ipse cælorum ad Ioannem  
præcursum suum cucurrit, non commoto exer-  
citu angelorum, nec præmissis cælestibus illis  
virtutibus, quæ aduersitorum munere fungeren-  
tur, sed simplex ad militem suum accedens, &  
tamquam unus è vulgo, seque ipsum in numerum  
captiiorum aggregans redemptor, & se in ordi-  
nem redigens obnoxiorum reorum, penitus in-  
nocens, denique congregatus cum ouibus perditis  
pastor bonus qui propter ouem, quæ deerrauerat,  
& cælo descendit, & cælos non deferuit, & commix-  
tum zizanijs granum tempestivum sine semine.  
Cum itaque vidisset illum Baptista Ioannes, & ag-  
nouisset eum, quem de ventre matris sua agno-  
uerat, & adorauerat, & probe nouisset eum quen-  
reueritus in utero matris, ultra quam cerebat  
etas, saltauerat, transgressus omnes ipsius naturæ  
fines, retraxit intra pallium dexteram, & caput  
suum inclinans, vt seruus heri amans huiusmodi  
vocibus dominum appellauit. *Ego à te debeo bapti-  
zari, & tu venis ad me?* Quid facis Domine, quid or-  
dinem rerum immutas? quid cum seruis ea, quæ  
seruus conuenient, à seruo petis? Cur ea quibus  
non indiges accipere vis? cur hac tua ingen-  
ti demissione me famulum tuum oneras? Mihi opus  
est, vt à te baptizer, tibi vero non est opus, vt  
à me baptizeris, quod minus est à meliori benedi-  
citur, non melius à minori sanctificatur, lychnus  
à sole collistratur, non sol ab ellychnio illu-  
minatur. Lutum à figulo conformatur, non  
figulus à luto effingitur, creatura à creatore  
renouatur, non creator à creatura corrigitur.

Matth. 3.

Gen. 18.  
Gen. 25.  
1. Reg. 1.

Heb. 7.

Esa. 47.

Aeger

Ager à medico curatur, non medicus ab ægrotato tractatur. Egenus à diuite mutuum accipit, non diuites à paupere stipem petit. Ego debo à te baptizari. Non enim ignoro qui sis, & ex quo effulseris, & vnde. Non enim quia propter me factus es tamquā æqualis mihi, ideo tuæ diuinitatis abngeo maiestatem. Non enim postquam ita te ad nostram humilitatem abiecisti, vt corpore nobis iungereris, & totum me in te ipsos geris, vt totum hominem saluū facias, ego propter id, quod oculis cernitur, id despicio, quod mente percipitur. Non enim propterea quod nostra salutis causa, mea natura primijs te amictum video, non noui te *amictum lumine sicut vestimento*. Non enim quod mihi cognatam carnem geris, & prout te cernere ipsi posflunt, hominibus appares, ideo me latest splendor fulgetri tui. Neque enim, quandoquidem meam in te video formam, diuinam tuam naturam inuisibilem, incomprehensiblem falsis rationibus tollo. Noui te Domine à te edocitus. Nemo enim te cognoscere poterit, nisi tuæ illuminationis particeps factus sit. Noui te probè Domine. Vidi enim te spiritualiter antequam lumé hoc sensibus obuium intuerer, quando tu totus in incorporeo sinu patris cœlestis, totus item in ancilla, matrisque tuæ visceribus habitabas. ego invtero Elizabet tamquam in carcere naturali constrictus, ac vincitus inextricabilibus fœtuum in ventre vinculis exultabam, letabar, ac præoccupatum nativitatis tuæ festum celebrabam. Ergo qui ante partum prædicauit tuum in mundum aduentum, post partum, tuam præsentiam nihili faciam? qui ab infancia tuæ sum potentia doctor, nunc ad perfectam tuam agnitionem puerorum more desipiam? Atqui nō possum non te colere quem omnis creatura veneratur, non possum te non prædicare, quem per stellam cœlum indicavit, & terra per magos exceptit, & angelorum chori gaudentes fauoris è cœlo acclamationibus prosequuti sunt, & pastores in agro pernoctantes vt pastorum principem ouium ratione præditarum collaudarunt. Non possum te præsente conticescere, vox enim sum. Vox enim, inquit, *clamantis in deserto*, parate viam Domini. Ego genitus genitricē meam sterilitate liberaui, & adhuc infans medicus factus sum paternæ taciturnitatis, accepta à te miraculi gratia. Tu vero ex Maria virgine natus vt voluisti, & vt tu solus nosti, virginitatem eius non soluisti, sed & ipsam conseruasti & matris eam appellatione donasti, & neque virginitas partum impedituit tuum, duæ res contraria maximè partus & virginitas in eandem concordiam concurrerunt, quandoquidem hoc tibi visum est natura fabricatori. Ego homo sum tantum diuinæ particeps gratiæ, tu vero Deus idem es, & homo, postquam natura humanae insito amore corruptus es. Ego debo à te baptizari, & tu venis ad me, tu qui es in principio, & qui es apud Deum, & Deus es, tu paterna gloria splendor, tu perfecta figura perfecti Patris, tu lux vera quæ illuminas omnem hominem venientem in mundum, tu qui in mundo es & eo venis, ubi eras: tu qui factus es caro, neque in carnem conuersus es, tu qui in nobis habitatisti, & in serui forma seruis tuis apparuisti, tu qui cœlum & terram sancto corpore tuo tamquam ponte coniunxisti, tu venis ad me talis ad talem, Rex ad præcursorum, herus ad seruum. Sed & si tu humilibus mœsuriis humanitatis nasci non erubuisti, ego tamen natura mea mensuras non sustineo. Scio quantum sit interuallum inter terram & creatorem: scio quantum sit discriminis inter puluerem, & figulum talē: scio quanto potentior sis tu sol iustitia, quamvis pura corporis nube sis amictus; agnosco dominatum tuum, confiteor meam seruitutem, meamque profiteor vilitatem. Non sum dignus soluere corrigians calceamenti tui, & quo pacto sanctum caput tangere audeo? quo modo extendam dexteram in te qui cœlum & terram extendisti? quo modo applicabo

A digitos sacro vertici tuo? quo modo abluiam labis expertem, à peccato immunem? quo modo lucem illuminabo? quam tandem instituam deprecationem in te qui suscipis eorum preces, qui te non nouerūt: dum alios baptizo, in nomine tuo baptizo, vt credant in te, qui venis post me, te autem dum baptizo, cuius faciam mentionem? in nomine patris? atqui totum patrem habes in te ipso: in nomine filii? atqui non est aliis præter te *natura filius Dei*; in nomine Spiritus sancti? atqui tecum est perpetuo; vt pote consubstantialis tibi, & eiusdem tecum voluntatis ac sententia, æqualis potentia, ac pars honoris, tecumque ab omnibus delatam suscepit adorationem. Baptiza me itaque, si vis. Domine, baptiza me Baptistam, regenera me qui effecisti, vt gignerer. Extende hanc tremendam tuam dexteram, quam tibi tuipse, præparasti, & corona contactu tuo caput meum, vt ante regnum tuum coronatus currans, vt præcursor de more peccatoribus euangelizem, ad eos ira vociterans. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Flumen Iordanis exulta tecum, & exili, ac commoue concinnè fluctus tuos quasi ad saltationem. Et enim adest tibi creator tuus cum corpore. Vidisti quandam per te transiuntem Israëlem simul, & diuisis aquis stetisti expectans, quam mox populus præteriisset: Iam vero diffundere latius, ac flue tranquillus, & sanctissimis Domini membris adoluere, qui tum quoque traiecit Hebreos. Montes & colles, valles & torrentes, mare, ac flumina benedicte Dominum, qui flumen ingreditur: enim per has aquas omnibus aquis sanctificationem immittet. Respondens Iesus, ait illi. *Sine modo, sic enim docet nos implere annem insitum*. Sine modo, gratificare Baptista tempori incarnationis mea silentio. Disce ea dicere, quæ & ego. Disce ijs inseruire ad quæ virginis ego, non ea curiose inquirere, quæ apud me delibero, sine modo. Noli adhuc meam promulgare diuinitatem: ne labiis tuis quasi tubæ sono meum regnum proclames, ne forte admonitus tyrannus meum congressum defigiat. Sine vt in me tamquam in unum aliquem ē vulgo feratur, & lethali vulnera manum conseruat. Sine me scopum atringere, cuius caussa delapsus sum in terras. Mysterium est id quod in Iordane hodie perficitur. Mysteria mea mihi & meis. Mysterium est non meam exprens egestatem, sed quod vulneratis curationem, ac medelam designat, mysterium mysterij piscinæ mea quasi præcursor ac procœniū: mysterium est in his aquis cœlestes latices promissionis hominum quasi pictos repræsentans. Cum me videris prout Deum decet in creaturis meis, quod mihi visum fuerit, exequentem, tum ad ea quæ geruntur hymnum accommoda: cum me videris leprosos mundantem, tum me natura opificem proclama: cum me videris cludos ad cursum aptos reddere, tum tu ad commendationem, ac laudem meam simul cum illo pedum motu linguam tuam excita, & instrue: cum excitare me videris mortuos è sepulchris, tum mecum resurgentibus tamquam vita largitorem collauda: cum demones à me exterminali videris, tum regnum meum venerare: cū videris me in dextera patris sedentem, tum de me sermonem institue, tamquam de Deo in eodem throno cum patre confidente, atque illi coæuo, ac coæterno. *Sine modo, sic enim docet nos implere omnem insitum*. Legislator sum, & legislatoris filius, meque oportet ante eos, qui constituti sunt, venire, ac mei munieris documenta proferre. Oportet vt legem impleam, ac tum demum gratiam largiar. Oportet vt umbram abigam, ac deinde veritatem introducam: Oportet vetus cessare faciam testamentum, ac tum demum nouum proferam, hominumque cordibus inscribam, & meo sanguine subscribam, & spiritu meo consignem. Oportet me in cruce & clavis nonfigi, & pati quantum fieri potest, vt patiar, & passione sanare passiones, & per lignum sanare il-

Psal. 103.

Esa. 40.

Heb. 3.

Philip. 2.

Ioh. 14.

Sap. 7.

Ios. 3.

Matth. 3.

Matt. 11.

Rom. 8.

**Efai. 9.  
Luc. 1.**  
**Matt. 28.  
in eorum plures**

latum per lignum inobedientia vulnus hominibus. Oportet me triduano excessu carnis meæ dele re vires diuturnæ mortis. Oportet corporis mei lā padem accendere ijs, qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Oportet eo carne ascendere, vbi sum diuinitate. Oportet vt ad patrem, qui in me regnat, adducam Adamum. Hæc omnia vt à me perficiantur oportet. Hac quippe de causa ad meas creaturas me contuli. Oportet me hoc nunc baptisate baptizari, ac deinde consubstantialis Trinitatis hominibus omnibus baptismal largiri. Comoda mihi ad hanc dispensationem dexteram tuam, vt mihi uterum ad generationem commodauit Maria. Immerge me fluentis Jordanis, vt me mater pueribus falcis inuoluit. Da mihi baptisatum, vt virgo lac dedit. Tene caput meum quod Seraphim venerantur, tene inquam dexteræ tuæ cognatum, tene quod à natura habet, vt teneri possit: tene quod ad id à me & Spiritu sancto constitutum est. Prehende meum caput, quod qui pieprehendetur, numquam naufragium facit. Baptiza cum qui baptizaturus est credentes aqua & spiritu & igne, aqua quæ potest peccatorum lutum abluere, spiritu qui potest terrenos spirituales efficere, igne qui naturaliter potest spinas iniuratum exurere. Hæc verba cum audisset Baptista, & ad scopum mentemque Seruatoris animum adiecerat, ac mysteriū percepisset quod sibi creditum fuerat, diuino est obsequitus imperio: erat enim & ad reverentiam timidus, & ad obedientiam promptus: tum dexteram suam cum extendisset non nihil trementem simul, & gaudentem, Dominum baptizauit. Cum vero Iudæi qui aderant, & propinqui, & longè distantes inter se colloquerentur atque ad se inuicem dicere: Num frustra suspicabamur Ioannem esse Christo maiorem? num frustra arbitrabamur illum esse hoc præstantiorē? nōne suo testimonio cōfirmat ipsi Baptista potiores partes deferendas? nōne quidem baptizauit vt qui excellentior esset, ille vero, vt pote minor, baptizandus fuit? Talia cum effutirent ij quibus mysterium incarnationis ignotum erat, solus Dominus, & natura pater vñigeniti, qui solus accuratè nouit, quem solus genuit sine ullo dolore, errantem Iudæorum corrigens existimationem, cæli portas aperuit, & spiritum sanctum demisit in specie columba in caput Iesu, dígito indicans Noë nouū & conditorem Noë, & naufragantem naturæ optimum gubernatorem: atque ipse de cælo vchenenter acclamat. *Hic est filius meus dilectus in quo mibi complacui.* Hic, non ille, Iesus, non Ioannes; qui baptizatus est, non qui baptizauit; qui ex me generatus est ante omne temporis interulum, non qui nuper è Zacharia pullulavit; qui ex Maria genitus est secundum carnem, non qui ex Elizabet præter spem prodijt; virginitatis non violata fructus in cultus, non sterilitatis violata surculus: qui vobis scum educatus est, non qui in deserto versatus est, qui mecum in seipsum spiritum sanctum immisit & rursus quem misit exceptit; ipsi gloria in sæcula sæculorum. **A M E N.**

**EIVS DEM IN EADEM, ET IN  
sanctum Ioannem præcursum.**  
**Orat. III.**

**Matt. II.**  
**E**st v m diem Ioannis Baptista celebremus, coronemus eum affectu, quo maior inter nos mulierū non surrexit, vt dominus ipse testatus est. Nihil enim Baptistam tanto honore cumulauit, quam quod dominum baptizauit. Pergamus itaque ad baptismum dominicum, qui præcursum regis cælorum maximè exornauit, atque intra Iu-

**A**dæ regiones nos sistamus affectu, ex quibus primos fructus bonorum decerpimus, vel potius res ipsas oratione describamus, & eorum quæ paulo ante sunt lecta, fructum colligamus. Fingamus animo Iordanem illum, qui præsentem in carne creatorem suum suscepit hic in medio nostri fluere, ac Baptistam Ioannem existimemus fluminis ripæ astare, atque intueamur Christum dominum ad famulum suum domesticum accedentem & baptizatum ab ipso, & dígito indicatum de cælo Spiritus sancti allapsu. Adoremus etiam nos consubstantialis Trinitatis adoratores Patrem qui testimonium dedit & Filium cui datum est, & Spiritum sanctum qui & ipse testatus est. Sequamur librum Euangeliorum nos ad ea quæ desideramus manu ducentem diuinis literis tamquam velligijs insistentes ad mysterium toto orbe celebratum accurramus. **Tunc** **venit** **Iesas** **à Galilæa in Iordanem ad Ioannem vt baptizaretur ab eo.** In Iordanem venit dominus: nihil enim intempestiū, aut præter rationem effecit sapientia thesaurus, sed singula eorum, quæ nostra redemptiois causa suscepit, oportuno tempore exequuntus est. Nam cum Deus sit opifex omnis temporis omnisque interualli, tempus fecit, eiusmodi demissionis actionibus quasi floribus quibusdam initia eorum, quæ exequuturus erat, conspergit. Tunc venit Iesus. Tunc: quando vero? quando omnes ætatis gradus attigit, quando omnem natura scalam ascendit, cum corporis eius & animæ perfectio eluxit, cum triginta annorum circuitu in virum perfectum eusasit, tum verè Iordanem attigit: & cum peccatoribus paccati expers ad baptismum accessit, ac demissio capite ad accipiendum huius manu baptismum sese comparavit. Ioannes autem Baptista cum eum probè nosset, quem patre monstrante nouerat iam inde ab utero matris sua, deinde metu tremore corripitus dexteram à capite retrahens; Quid hoc, inquit, est domine? Quid sibi vult infolens istud miraculum? quid huius progressus humilis benignusque conspectus? mihi caput inclinas tu ecclesiæ caput? mihi caput inclinas tu, qui inclinasti cælos & in terram descendisti? mihi caput inclinas quod Cherubim adorant? mihi caput inclinas, quod Seraphim venerantur & timent? mihi caput inclinas, qui Adamum, & Euam in paradiſo tamquam in thalamo matrimonio iunxisti, & illorum capitibus voce coronam imposuisti, ac fecunditatis liberorum benedictionem adieciſti, his verbis eos compellans, *Crescite multiplicamini & replete terram?* Qui oratione deducis ex illo natum, conspirationem naturæ, qui partum morti aduersarium opposuisti, vt plures hic propagaret, quam amputaret, qui vita rotam voluis, vt vis, qui omni sanctificatione inclinata tibi capita repleas: qui nullo contineris loco, qui fluios misericordiarum effundis, in hunc fluum vis descendere, & qui fluentorum es conditor, hæc elegisti in quibus versare, & baptisma petis quod à te eo consilio accepi, vt ijs à me daretur, qui eo fortassis indigerent. Etenim quid tandem tibi baptismus penitentia est opus, qui penitentium misereris? Quo modo indiges medicina eiusmodi, qui solo iussu aliorum vulneribus mederis? quia in re penitentia eges, tu qui omnia gratulatione, aclaude digna edis facinora? Nōne te sola, qua prosequeris mortales, benevolentia ad hæc humana perpetienda demisit? tu seruiformam geris quam tibi ipsi finixisti, & huius opera tuam imaginem sanctificasti, quam diabolus ante corruperat, renouasti eam vt voluisti, tu genitor factus es omnium nostrum. Nōne in te relegatus Adam reuocatus est, nōne in te regnat olim damnata tribus? nōne per Mariam Euam erexit collapsum? nōne circumis vt homines angelis æquales reddas? nōne iniquitatem vt insidiosam generi è terra expellis? nōne iustitiam & æquitatem vt humanæ nutriti.

nutricem naturæ in vitam introducis? Nónne te nebrisca fallacia noctem abigis? nónne cognitionis diuinæ diem oriri facis ijs, qui eius voluerint pulchritudinem intueri? Nónne veritatis lucem omnium animis expandis? nónne nebulas impie-tatis vt fumum dissipas? Nónne tamquam sol iustitiae candida corporis nube circumseptus diuinitatis radios vndique diffundis? Nónne & aspergi & ingressu, & habitu, & cogitatione, & mente, & animo virgo es? nónne ex virginine corpus virginitate præditum tibi condidisti? An ergo hæc pœnitentia indigent, aut contritione? Quam igitur ob caussam te baptizabo, fluminis conditor baptismique largitor, qui propter amorem tuum erga homines homo fieri voluisti. nullum est in te iniqutatis vestigium, neque macula vlla peccati im-pollutam carnem tuam vñquam polluit, neque in corpore tuo dolum vñquam infedit: venenum aspidum sub Iudaicis labijs occultatur; sunt enim genimina viperarum, eorumque sunt linguae do-loæ, tuo vero ex ore vita æternæ fontes scaturiunt, nam vita cum sis, vitam loqueris, & largiris. Quomodo ergo qui præsentem futuramque vitam largiris, egena ingredieris hæc fluenta? Reliqui omnes qui à me baptizantur hæc à me semper audiūt. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum, & credite in Dominum Iesum Christum filium Dei vñigenitum. In te vero, dum baptizaberis, quid eloquar? quid pronuntiabo? dicámne pœnitentiam age? quis vero pœnitentiam tuam suscipiet? Quis enim est alius maior te Deus? Dicam pœnitentiam age, appropinquauit enim regnum cælorum, & regno regnum euangelizabo, & tibi de te ipso narrabo? Forte quia quid sis ignoras? non nosti regnum cælorum, quod vt hominibus afferres è calo venisti? Dicámne tibi, Credere in Dominum Iesum Christum? Téne tibi vt credas cohortabor? Quis porrà vñquam admonitus est, si bi vt crederet. Credere enim oportet accedentem, quod Deus est: tu vero Deus es & Dei filius, quamuis homo sis iuxta id quod appetet, & dignus sis cui ab omnibus credatur. An vero dicam tibi, Credere in patrem tuum? quasi tu visus vñquam sis incredulus vel aduersarius patri tuo. Quando inquam à diuinitate Dei qui te genuit separatus fuisti? Quid ergo dicam tibi? Credere in Spiritum sanctum? Atqui in te ille, tecumque versatur. Ego debeo à te baptizari & tu venis ad me. Vñigenitus Dei filius ad filium Zachariae? qui ex virginine natus est, ad eum, qui ex sterili ortus? qui matris virginitatem non soluisti, ad eum qui parentis soluit sterilitatem? qui è ventre adoratus es, ad eum qui tuum ex vetero dominatum agnotis? qui inter homines versatus es, ad vocem deserti? qui tam excelsus es, ad tam humilem? Dominus vniuersæ creaturæ ad indignum bonitatis tua ministrum: natura diues ad natura pauperem, sed tua sola gratia diuitem: cælestis & terrestris ad terrestrem tantum: qui de superioribus quidem locis diuinitatem habes, de inferioribus humanitatem, ad eum qui de inferioribus tantum pullulavit? Tantus dominus ad me exiguum famulum? At enim seruus dominum in libertatem non vindicat, lychnus solem non illuminat, lumen figulum ipsum non corrigit, ouis pastorem non pascit, præcursor non condecorat regem. Fluuius tuam non fert diuinitatem; Fluuius non metitur quem cælum non capit. Iordanis suum conditorem non abluit, aqua suum agnoscit auctorem, hæc fluenta non norunt lumen, & ego audebo ad ministerium accendi. Animus meus astuat, manus mea tremens revertitur ad corpus hoc tuum omni ex parte sanctum accedere. Quid faciam quid exequar? & vereor te domine, & amo, & fugere non audeo, & accedere erubesco. Baptismum conferre simul horreo, & accipere sanctificationem percupo. Ego

A) Idebo à te baptizari, ego te adorare, non baptizare sum edictus. Quin potius cervicem ego mean dexteræ tuæ inclino. Benedic me qui benedicis annos iustorum. Fac vt in Iordanis fluentis hodie exilium, quo modo effeci nuper vt in maternis visceribus exultarem. Sane, inquit Dominus, o Baptista modestiam tuam admiror, sed obedientiam quaro. Factus es regni mei adiutor, sed meæ dispensationis administer esse debes. Veni enim ego ad te quandoquidem & tibi hoc confert, & ijs qui apud te sunt: veni ego ad te, vt omnes homines ad me accedant. Descendi è cælis, & totus sum in finu patris, vt coniungam opus cum artifice. Veni præfens, vt fugientes viuos caperem. Veni vt homo, vbi iam antea eram, vt Deus, quo homines deos redderem. Accepi ex vobis egenam matrem vt vos cum fiducia patrem meum appellare possitis. Educatus sum vt infans lactis cibo, vt me ipsum fidelibus cibum proponerem. Inuolutus sum puerilibus fascijs, vt iniqutatis vincula disrumpem. Reclinatus sum non in regio quopiam lecto, sed in vili præsepio, vt post meam in præsepio reclinacionem nullus amplius eorum, qui rationis participes sunt, vt rationis expers contra rationem viueret. Excepi corpore meo circum-cisionem, quam ego antea lege lata imperaueram, vt circumcisionem non manufactam introducam, vt primogenitus lege constitutum obtuli sacrificium, qui sum vñigenitus, vt eiusmodi sacrificium immutem, ac meipsum insolens quoddam, & mirum sacrificium reddam. Fugi in Ægyptum, at non delij omnium esse perfugium. Factus sum infans recens natus vir perfectus, vt vides, vt perfectionem imperfectis elargiar. Per omnes ætates gradus proiectus sum, vt omnem ætatem hoc progressu pedetentim facto corroborem. Ingressus sum fluuium, quod efficiam, vt terrigenæ ingrediantur in cælum: & hoc baptismus suscipio, vt discipulis meis regenerationis baptismum conferam. Suscioneo descendum in aquam, ut generationem secundum carriem sustinui, vt legislator legis veneror iura, vt renouem gratia symbola. Vt medicus sanus medicinæ, agrorum particeps fio, licet ea non indigeam, vt recentius piscina remedium laborantibus excogitem. Crucem peccatorum caussa suscipio, & lauacrum periculi expers recusabo? Trium dierum spatio mortuus esse non dubitabo, & descensum hunc dolore vacuum non feram? In ipsum inferni profundum descensurus pergo, & his fluentis fluuij non circumfundar? Baptiza ergo me, qui baptizatus sum, & seruaturus eos, qui voluerint: bapiza me qui baptizatam peccatis & demersam naturam humanam ad cælorum celsitudinem proiecturus sum. Baptiza me, vt hominem in terris, quem angeli, vt Deum celebrant, & laudent in cælis. Esto diligens mysteriorum meorum minister, in actionem probam transfer ex-cusationem: siste linguam, & ad opus excita dextera. Impone audacter manum vertici meo, quæ propter te ex fermento tuo desumpta: Ex meo baptisme hoc lucri fac, vt Baptista dicaris. Sine modo, tantisper baptiza, & postea de mea diuinitate loquere: tantisper baptiza, & postea adora. Sic enim nobis conuenit, vt omnem iustitiam adimpleamus. Nihil ita excelsum exornat, ac demissio voluntaria: vera enim sublimitas actiones mode-stas non exornat. Tunc dimittit ipsum Joannes his eum verbis alloquitus. Ecce obsequor im-perio tuo, Domine, quæ enim ignorans dicici, ea gaudens perficio. Ecce dexteram meam capit tu admoueo, quandoquidem id tu iussisti, & ego seruus tuus sum, & filius ancillæ tuæ, & manus mea opus tuum, & hic fluuius tuæ dominatio-nis defluxus est, & hæc fluenta creature tuæ, & hoc baptismus donum tuum, & tu solus nosti my-sterium, quod perficis. Baptizare quæso, baptizare,

Ioan. 3.

Ioan. 1.  
Matt. 16.  
Hebr. 11.

& serua, vt voles, quos creasti. Beatus ego qui propter te inusitata ratione sum natus, & insolito more in deserto educatus, & nunc hoc à te ministerio dignus, habitus. Beatus ego qui à te fuerim approbatus, qui tanto mysterio operari meam impenderem. O dextera quantum exaltata es! ô luteum instrumentum quantum honoratum es! Amator hominum, magnorumque largitor munerum domine, posteaquam gratiam immiscueris aquis, eisque descensu tuo quoddam quasi fermentum sanctificationis inserueris, genu flexo adoro te domine, oroque, cum ascenderis ex aquis exaltare, & completere humanā naturam pœnē agētem animam, & deficientem, visita eam qua voluntaria febril labora, erige, suscita in terra velut in lecto iacentem, & varijs morbis laborantem: vt medicus morbos depelle. Te claudi expectant, vt cum loquutus fueris currat, te expectant cœci, vt videant, tuam vocem præstolantur mortui, vt resurgent: tuum fitiunt aduentum, qui astibus calamitatum vruntur: siste te omnibus tamquam rorem sanitatis. Et baptizatus Iesus ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cali: & vidit Spiritum Dei descendente sicut columbam, & venientem super ipsum, O admiranda & incredibilia mysteria, cœlum desursum adorat quem fluvius paulo ante proluit, & Spiritus sanctus eum testatur Deum, quem baptizauit seruus. Et ecce vox de calis dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hic est qui baptizatus est, non quod ei hoc opus esset, sed tantum quod hominum amore tenetur, is cui testimonium dicit Spiritus sanctus, quem ego qui probe illum noui omnibus prædicauui, qui ex me ante facula genitus est, & nunc ex Maria natus secundum carnem, qui consubstantialis est mihi & vobis qui coæternus est mihi, & conformis vestra formæ, creator Adami & vnum ex posteris David creator virginis, & virginis filius, qui mente percipitur & exterioris appetit, qui & fide, & viu cer- nitur, perfectus in diuinitate, & perfectus in humilitate. Hic est filius meus dilectus, hic qui & miracula edit, vt Deus, & patitur, vt homo meus est filius. Neque enim crux à me eum separat qui à me natura est inseparabilis. Hic & clavis confixus meus est filius, non enim diuinam naturam ledunt clavi. Hic etiam dum patitur filius est meus, neque enim eius diuinitatem passio potest attingere. Hic sponte mortuus mortis naturaliter aduersarius, meus est filius. Mori autem secundum diuinitatem, neque naturaliter solet, neque vult, neque potest. Vitam enim non vincit interocio, neque mors superat immortalitatem: Hic etiam resurgens ex mortuis meus est filius: Etenim, vt conditor vniuersi, resuscitabit templum corporis sui, quem ab inimicis suis dissolui permisit. Hic qui cum hac carne ad celos ascendet, à quibus non abscessit, meus est filius. Quicumque hunc suscipit, cum ipso me suscipit, quique hunc adorat, me adorat: qui in hunc credit, in me credit: qui hunc partu pendit, me partu pendit: contumelia quippe filii, patris iniuria est. hunc qui excipit, neque curiosè scrutatur, sed serio colit, beatus. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Peccatores currite ad eum qui tollit mundi peccatum, damnati complectimini benignum judicem, vos qui peccatis estis necati ad vitæ fontem properate. Hæc sunt festiuitatis Baptista dona pulcherrima, hæc omnia nobis præbuit, qui propter nos apparuit Dominus Christus Deus noster, ipsi gloria & potestas, simul cum patre & sanctissimo ac viuifico Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum.

A M E N.

In parabolam de filio prodigo.

Luc 15.

## O R A T I O I V.

**S** E M P E R quidem, fratres diuinam benignitatem prædicare debemus, quippe qui eius beneficio & viuamus, & moueamur, & sumus: præfertim vero hoc tépore id à nobis fieri par est, cum ob cōmūnem vtilitatem, tum ob beneficium eorum syderum, quæ ex piscina exoritura sunt. Nam & hæc per ipsam effulgebunt, & nos per ipsam liberati seruati sumus, ac seruamur: quæ quidem nobis hereditatis loco data est à creatore, & parente nostro Deo. Age ergo, dicamus de ea quæ Christus Dominus dixit, benignus filius benigni patris, qui solus idoneus expositor est paternæ naturæ; explicemus totam prodigi parabolam, vt ex ea discamus, quomodo ad eum accedendum sit, qui est inaccessibilis, & delictorum vnta petenda. *Homo quidam habuit duos filios.* Parabolæ in modum non quasi dogmata proponens differit Dominus: propterea de patre suo, tamquam de homine quodam verba facit, & de seruis velut de filiis loquitur, vt Dei in homines paternum amorem significet. *Homo quidam habuit duos filios.* Quis hic homo est? *Pater misericordiarum,* & Deus totius consolationis. Quosnam porro habuit duos filios? Iustos scilicet & peccatores, eos inquit qui diuina eius manda seruant, & qui dominica transgrediuntur præcepta. Et dixit adolescentior ex illis patri. Quis hic est adolescentior filius? qui mente fuit instabili præditus, & iuuentutis turbinibus agitatus. Patrem agnouit natura eum qui se considerat, licet honore non prosequuta sit voluntas libera creatorem suum. *Pater da mihi portionem substantiam,* quæ me contingit. Recte petijt à Deo, quæ Dei sunt, sed male quæ petijt, perdidit. Et dixit illis substantiam patrem. Dedit illis vt domum propriam mundum vniuersum, dedit ipsis, vt creator, cœratram omnem, ipsis corpora & animas ratione prædictas largitus est, vt ratione quasi manu ducti nihil ageant contra rationem. Proposuit ipsis legem suam, & naturalem & scriptam, quasi diuinium prædagogum, vt ab ea instituti legillatoris voluntatem adimplerent. Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius, vt adolescentiorem decebat fecit, profectus est peregre in regionem longinquā, discessit à Deo, & discessit ab eo Deus. Non enim vim facit ylli, qui nolit seruire ipsi. Sunt enim arbitrii non necessitatis virtutes omnes. *Ibi disipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.* Ibi animæ diuitias omnes perdidit; ibi in delicijs agens naufragium fecit: ibi ludens & delensus pauper est factus: ibi corruptrices animæ voluptates mercatus & risum emens, extrema lachrymarum accepit: ac virtutes quas habuit, abiecit, scelere autē quæ non habuit, assumpit. Cum vero omnia consumpsisset, non enim solent durare turpiter viuentibus diuitiae gratiae, facta est famæ valida in regione illa. vbi enim temperantie fruges non excoluntur, ibi famæ valida: vbi continentie vitis plantata non est, illi famæ valida: vbi virginitatis racemus in torculari non premitur, ibi famæ valida: vbi latitia malorum, ibi omnino sterilitas bonorum: vbi prosperitas & abundantia malarum actionum, ibi omnino raritas virtutum: nam vbi humanitatis oleum non scaturit, ibi famæ valida. Tunc ergo & ipse cœpit egere. Nihil enim ei reliquum fuerat, nisi ea quæ intemperantie propria sunt postquam omnia turpitudinis facinora commiserat. Et profectus adhæsit vni ciuium regionis illius. Ciues autem regionis illius sunt dæmones, in qua fugus

fugis degebat. Et misit illum in villam suam, ut pasceret porcos. Sic enim honore afficiunt dæmones eos, qui se honore prosequuntur; sic amant eos, à quibus amantur: talia dona largiuntur illis, qui sibi obediunt. Et capiebat implere ventrem suum de filiis, quas porci manducabant. Quid autem hoc est de filiis? Nam siliquarum gustus dulcis est, sed tamen & asper simul & difficilis. Eiusmodi est & peccati natura, paululum quidem exhilarat, sed punxit plurimum. Delectat ad tempus & aeternum castigat. In se autem reuersus, & apud se priorem felicitatem cogitans, ac posteriorem hanc miseriari, sibiique in memoriam reuocans, qualis esset dum verfaretur cum Deo & patre, qualis autem nunc sit dum dæmonibus subiectus est, in se ergo reuersus dixit. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ego autem fame pereo.* quam multi nunc catechumeni sacris literis perfruuntur, ego autem fame diuinorum oraculorum teñor. O quantis meipsum bonis priuaui. O quantis, me ipsum malis implicui. Cur enim à beato illo conuictu fecessi? cur me in hanc mortiferam vitam ingressi? didici ex ijs quæ passus sum, Deum non derelinquere: didici eum semper tenere, qui se retinentes semper conseruat: didici impuris dæmonibus non credere, qui omnem impuritatem, & depravationem docent. Quid ergo ait? *Surgam & ibo ad patrem meum.* Reuertar benè, vnde discessi male. Redibo ad patrem meum conditorem, dominum & curatorem, & prouisorem & comprehendam eum, qui olim expectauit, & secum assumpit eos, qui ad eum se conuerterant. *Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam illi. Pater peccavi in calum & coram te.* Iam non sum dignus vocari filius tuus. fac me sicut vnum de mercenarij tuis. Sufficiunt mihi ad salutem hæc verba. Sufficit mihi ad obsecrationem patris mei nomen, etenim facere nō potest pater meus à me appellatus, quin se patrem operibus prodat: non potest non commouere visceria sua qui misericors est: non potest cum audierit, Peccavi, non veniam dare delictis meis: non potest, cum vocem meam exaudierit, iusta ira suæ non obliuisci. Scio quantum apud eum valeat poenitentia: scio quantum possint apud eum lacrymæ: scio quo pacto quisque peccator ad ipsum conuersus, & flens amare, vt Petrus, obtineat remissionem. Noui Dei mei bonitatem: noui patris mei benignitatem. Miserebitur mei poenitentis, quem non puniuit peccantem. Et cum surrexisset, venit ad patrem suum. Praclaro consilio præclaram adiunxit actionem. Nos enim oportet non modo de rebus profuturis deliberationem instituere, sed & affectus probos actionibus indicare. Cum autem ille adhuc longè distaret loco, animo autem prope esset, & manibus continuo peccatum suum percureret, vt pote quod prauriarum cogitationum officina sit, & vultum terræ affigeret, atque ab oculis suis lacrymas posceret genibus comites ad intercedendum, & excusationem meditaretur, prius exclamauit voce magna cum lacrymis dicens, *Pater peccavi in calum & coram te.* Peccavi, fatigio Christe Domine Deus, peccata mea tu solus nosti, peccavi, miserere, vt Deus, & Dominus. Non sum dignus, vt in calum intuar, & te inuocem optimum Dominum meum, vt pote qui maximis, & grauissimis affluam peccatis. Miserere cum bonus sis semper Deus, quoniam dignus non sum vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarij tuis. Sic ex intimo pectori deprecantem videt, qui delinquentes videt, & in eorum sceleribus conniuuet, eorumque poenitentiam expectat, videt eum pater eius, & miseratione ductus est: Pater quippe erat bonitate, licet Deus esset natura. Et accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Non expectauit, vt, qui offenderat, pro-

A pè a ccederet, sed ipse illi properè occurrit, neque eius collum detestatus est, vt sordibus incontinentia compunctum, atque foedatum; sed impollitus manibus suis eum complexus deosculatus est, quem olim desiderauerat, ita vt exatari non posset. O ineffabilem & terribilem misericordiam; O incredibilem humanitatem; ô stupendam passionem, ô stupendam reconciliacionem. Infelix continuo Deum, vel uno momento ad id, vt cum lacrymis cederet, tum tantam delictorum multitudinem præteriret. Num miratus es cum vides Deum peccatori blandiri? O ingentem amorem viscerum paternorum. Peccator in terris lacrymas fudit, & qui solus est peccati expers de cælis seipsum ad humanitatem inclinauit. *Quis vñquam vedit peccatorem, cui adularetur Deus?* *Quis vñquam vedit iudicem officiosè colementem reum?* quis vñquam vllum vedit adulari damnato? Verum tamen obtestatur Deus, vt olim Israëlem. *Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi?* Nunc etiam eadem fiunt, & facta sunt: quandoquidem ita vult placatu facilis Deus, ita solet à seipso vinci, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Neque vero his contentus fuit prodigus ille filius, sed in ijs quæ ad poenitentiam pertinent prodigus fuit. Non enim sufficere sibi tantam humanitatem præ tanta multitudine peccatorum arbitratus est ad perfectam salutem obtainendam; sed, quæ meditatus erat ante, & patri conuenienti habitu compositus dixit, Pater, si quidem omnino licet patrem te appellare, nisi forte & in hoc præter alia mea delicta peccato, dum te patrem voco; nisi nomen illud contumelia afficio, quod extra omnem contumeliam aleam positum est; nisi labia mea conscientia occludit; nisi conditio morum linguam meam obligat; nisi orationem impedit anteacta vita; suscipe sancte pater pollutam depreciationm ab ore polluto? Pater secundum gratiam, & conditor secundum naturam, peccavi in calum & coram te, & non sum dignus vocari filius tuus. Peccavi, confiteor peccata mea, non occulto quæ cernis, non nego quæ scis: vt reus abiectus iaceo, vt ini quis condemnor, vt iudex misererere mei. *Peccavi in calum & coram te;* vereor oculos meos in calum tollere. Etenim firmamenti speciem vt accusatoris vocem reformido. vereor in luce deitatis figure obtutum, cum mentis oculos habeam folidatos. *Peccavi in calum & coram te;* nec iam sum dignus vocari filius tuus. Ecce meipsum prodo, meipsum condemno, sententiam in meipsum pronuntio. Non est opus mihi iudice ad pronuntiandam sententiam, non opus est accusatoribus ad conuincendum reum, non opus est testibus ad tabulas confirmandas, intus habeo præsidentem conscientiam, iudicem implacabilem in anima gerò, ac forum formidabile, in conscientia testes circumfero, in oculis meis accusatores produco; me theatra accusant, in me Circi clamant, in me spectacula eorum qui cum fetis depugnant vociferantur. Prodigalitas de me triumphat. Me actiones meæ infamia obruiunt, me præsens nuditas probro afficit, ipsi panni, quibus amictus sum, me pudore suffundunt, & non sum dignus vocari filius tuus: *Fac me sicut vnum ex mercenarij tuis.* Ne me autem abigas ab aula tua Domine, vt ne rursum me inuentum hostis errantem tamquam mancipium abducat: neque me prope tremendam & mysticam mensam tuam sistas, non enim ausim apertis oculis intueri sancta sanctorum. Sine me cum catenulis intra Ecclesiæ fores consistere, vt contemplans, quæ in ea perficiuntur mysteria, eorum paulo post particeps fieri concipi scam: vt diuinis latibus perfusus turpium animæ vestium fordes in auribus meis residentes ab-

Mich. 6.

2. Cor. 10.

stergam, ut cum tuas margaritas a pijs viris abripi videro, manus & ipse dignas quæ tale munus accipiant habere desiderem. Cum his eum invasisset prodigus, essetque cum lacrymis ita vociferatus, dixit pater ad seruos suos. Ad quoniam seruos? Audi; ad sacerdotes & ministros mandatorum suorum. Proferte stolam primam & induite illum. Proferte stolam desuper textam à Spiritu sancto præparatam, proferte stolam in aquis piscina contextam, proferte stolam ex igne Iptali conflatam, & induite eum, induite eum qui feso exuit, induite nouum Adamum quem nudavit diabolus, induite regem creature, ornate eum per quem mundum ornauit, condecorare filij mei membra carissima, non enim possum eum inornatum intueri, non feram ut imago mea nuda relinquatur, meum probrum censio filij probrum, meam gloriam existimo huius celebre nomen. Date etiam annulum in manum eius, ut spiritus pignus gerat, & ipsum ferens custodiatur, à spiritu, ut meum signum circumferens formidabilis omnibus hostibus aduersarijque appareat, ut à longè cuius patris sit filius intelligatur. Date etiam calceamenta in pedes eius, ne rursus nudatum reperiatur serpens calcaneum eius, eumque aculeo suo percutiat; sed ut ipse potius caput draconis conculceret, ut hostis conterat stimulos, & viam quæ secundum Deum est percurrat. Et adducite vitulum saginatum, & occidite. Quem tandem vitulum dicit saginatum? quémnam? quam iuuenca Maria virgo peperit. Proferte vitulum indomitum, qui nondum peccati iugum sustinuit, virginem, & ex virgine natum, qui sequitur eos qui sequuntur se, non ex necessitate, sed sponte; qui non vtitur robore suo, neque cornibus, sed promptè ceruicem inclinatis, qui mactare ipsum volunt. Occidite itaque eum qui sponte occisus est, occidite eum, qui viuificat, eos qui se occidunt, occidite eum qui occiditur, sed non moritur; occidite eum, qui membratum conciditur, & eos sanctificat, qui se concidunt. Occidite eum, qui comeditur ab ijs, qui ipsum norunt, & numquam consumuntur. Occidite eum qui comedentes beatos reddit, & epulantes omnes oblectemur. Quia hic filius meus mortuus erat, & revixit, perierat & inuentus est, & caperunt epulari. Nostis spiritales delicias qui eas degustastis, & recordamini tremendorum mysteriorum, ac ministrorum sacri officij, imitantium angelorum alas tenuibus suis lineis velis finitris humeris infidentibus, & qui in ecclesia discurrent clamantque, ne quis ex catechumenis, ne quis eorum qui non edunt, nullus ex exploratoribus, ne quis eorum qui non possunt intueri vitulum qui comeditur, néve quis eorum qui spectare non possunt, cælestem sanguinem qui effusus est in remissionem peccatorum, ne quis indignus vita sacrificio, ne quis non initiatus, ne quis eorum qui non possunt impollutis labijs, tremenda mysteria attingere: deinde etiam angelorum collaudantium de cælis & dicentium. Sanctus pater qui voluisti mactari vitulum saginatum, qui peccatum, non nouit, ut propheta dixit Esaias qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Sanctus & filius simul & vitulus semper occisus sponte, qui semper viuit. Sanctus paracletus Spiritus sanctus qui sacrificium perficit. Hæc itaque dum intus agerentur senior filius cum veniret, audijit à longè symphoniam, & choros, & cum ex pueris vnum aduocasset, interrogabat, quid hoc esset. Aures meas verberat sonus nescio quis. Ille autem inquit, Dauid propheta intus concinit, tunc imponit super altare tuum vitulos. Idem rursus eos qui adiunxit ad epulas cohortatur, ait que. Guistate & videte quia bonus est Dominus. Pau-

A lus diuinarum rerum interpres proclamat, ac dicit. Pascha nostrum immolatus est Christus, Ecclesia featum agit, epulatur, & choreas ducit. Ille autem ait seruo. Itâne est? dum ego fortis sum, alij mysteria mea in aula mea me absente diuidunt? Sic est, inquit, quoniam frater tuus venit, occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum eum recepit. His auditis iratus est iustus, neque ingredi voluit. Iratus est iustus, & inuidia factus est seruu; qui sollicitudinem vita pedibus conculcauerat, ab inuidia superatus est. Quomodo autem ait Paulus? Optabam ego ipse an- Rom. 9. thema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Non vt inuidum ostenderet esse iustum, sed vt magnitudinem quandam immensam innueret, ita orationem conformauit, ut immensas diuitias bonitatis patris sui declararet. Idque adeo per ea quæ consequuntur, indicat. Pater ergo egreditus cœpit rogare illum. O ineffabilem sapientiam! ô Dei amantem prouidentiam! & peccatoris est miseratus, & iusto est adulatus; non permisit, vt caderet is qui stebat, & eum, qui ceciderat, excitauit. Pauperem diuitem effecit. neque diuitem sicut inuidiu pauperem fieri. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruo tibi, & numquam mandatum tuum praterius, & numquam dedisti mibi hædum, ut cum amicis meis epularer, sed circumeo in melotis, in pellibus caprinis, egens, angustiatus, afflatus. Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit, subito occidisti illi vitulum saginatum, & neque verbo ipsum castigasti, neque in speciem vultum ab ipso aueristi, sed continuo ipsum hospitio exceptisti, & omnibus tuis vestimentis exornasti, aureo annulo splendidum reddidisti, calceamentis, muniuisti, & ecclesiam aperuisti, & mensam condecorasti, creteras impleuisti, vitulum occidisti saginatum, & ad epulas fideles conuocasti, Angelos ad choreas impulisti, admirabile cæli terraque contuuium promulgasti. Tanta ergo munera in eum qui tuam bonitatem contempserat, quique nobilitatem tuam probris affecerat contulisti? Quid dicam de tuarum miserationum pellago, quo modo tua benignitas Oceanum admirabor? Misericordia omnium Domine, quod omnia possis, & in hominum peccatis connives, ut ad poenitentiam conuertantur. Pater autem dixit ipsi, Fili tu semper tecum es, & omnia mea tua sunt. Tu à meo sinu haud numquam seiuenter, es, tu ecclesia mea numquam diffiluisti, tu psalmis semper hymnis operam dedisti, tu cum angelis quoquis tempore versaris. tu altari assistens cum fiducia clamas, Pater noster qui es in celis, Math. 6. sanctificetur nomen tuum: Hic vero accessit ad me condemnatus vultu pudore suffuso & in terram inclinato, & corde contrito ac voce tristi clamauit, Pater peccavi in celum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, sic me sicut vnum me mercedarij tuis. Quid potuisse facere auditis his vocibus? potuisse non miserereri filij mei ad me accessentis? iudica tu qui iratus es. Atqui non fert natura mea, cum humanus sim, ut inhumandum quid perpetrem; non possum non eorum miserereri, quos ex meis visceribus genui. Fili tu semper tecum es, & omnia mea tua sunt. Tuum est cælum, tuum firmamentum, sol laternarius tuus, luna ancilla tua, stellæ sunt faces tuæ, aer nutricius tuus, tuaque omnia quæ in aëre versantur, tua est terra, & omnia quæ in ea sunt, tuus mundus, ecclesia tua, tuum altare, tuus vitulus saginatus, tuum sacrificium, tui angelii, tui apostoli, tui martyres, tua præfentia, tua futura, tua resurrectio, tua immortalitas, tua incorruption, tuum regnum cælorum, omnia quæ cernuntur oculis, quæque mente percipiuntur, sunt tua. Num tua

abripui, & illi apostoli? num te exui, & illum indui? nonne meorum operum misericordiam largitus sum? nonne pariter sum, & tuus & illius pater? & te honore afficio virtutis nomine, & illius me miseret propter insignam conuersiōnem. Te propter diligo vitam, & illum propter trāmutationem. Te propter disciplinam rectam, illum propter p̄oentientiam. Te propter longanimitatem, illum propter conuersiōnem in me. Epulari enim & gaudere te oportebat, quia frater tuus hic erat, & reuixit, perierat & inuentus est. Quis cum viderit mortuum excitatum ab inferis non oblectatur? quis cum inuenierit ea, quæ perdiderait non effertur gaudio? Veni & tu fili mi oblectare nobiscum, & exulta cum angelis, & complectere nobiscum fratrem tuum, & cum Davide psalle ille lud spiritale canticum quod huic conuenit festiuitati. Beati quorum remissae sunt iniquitates, & quorum testa sunt peccata. Beatus vir, cui non imputari dominus peccatum. Audite diuinam parabolam, eius rationem cognoscite, vimque perspicite; quam benignum dominum habeamus, quam patientem. Ad eum ergo cum puro corde configiamus. Venite, communi voce ad eum clamemus. Here Domine benigne, vnigenite Dei fili' peccauimus in cælum, & coram te, nec digni sumus qui filii tui vocemur, sed in miserationibus tuis confidimus, habemus obsidem tuae benignitatis pretiosam Crucem, quam nostra caussa pertulisti: habemus fideiūsformem tuae misericordiæ illam olim mere-tricem, & illum quondam latronem: propter illos enim & nos & peccatores omnes incitamus, ut ad humanitatem tuam recurramus: vt illos vene-randos, beatosque reddidisti, sic etiam nostri, qui lapsi sumus, miserere: qui crucifixus mortuos suscitasti, nos quoque à peccato enecatos per humanitatem exsuscepisti. vt vna perfruamur cum illis qui redempti sunt, & participes facti sunt, tua resurrectione. Hæc cùm dixerimus, expectemus, vt & nobis dicat dominus noster Christus, secundum fidem vestram fiat vobis. Vos vero qui baptismatis dono perfruuntur estis, omnem alienam cogitationem abijcite, animaſque velras ad cælestem sponsum converte: etenim adstat profibus redemptor, adeſt credentibus medicus, officina medici aperta est, parata sunt pharmaca, omnes expectat piscina, gratia explicata est, spiritualis stola à patre & filio & spiritu sancto per-texta est. Beati qui digni habiti fuerint, vt stolam ferant. Vos lucerias tantum accendite, & oleum pietatis copiosè infundite, vt de nocte cùm audita vox fuerit dicens, Ecce sponsus venit, exeat is obuiam illi cum splendidis lucernis, saltantes, & clamantes, Benedictus qui venit in nomine domini, ipsi gloria & potestas, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. A M E N.

Matth. 9.

Apoc. 3.

Matth. 22.

Agnitate spiritus commoti de eleemosyna sermo-nem apud vos habebamus, vbi vero stoltitiam Herodis euangelium prædicauit, mulierumque petulantiam, conuictum delirantium viorum, execrandam mensam, donum iniquum, opus iniustum, & exequias corporis omni veneracione prosequendi, penitus immutatus sum. Mutus enim fio, dilectissimi, cum meis obuerſantur oculis præterita Herodis facta, vel potius, fata, vnde tam immania spectacula consequuntur. In illo etenim tempore audiuit Herodes terrarcham famam Iesu, & ait pueris suis. *Hic est Iohannes Baptista quem ego decollauī, ipse surrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.* Confitetur cædem prophetæ, quam negare non potest, & quem occidit, nouit prophetam esse, virumque iustum. nisi enim nosset, haud illum diceret à mortuis surrexisse, ideoque virtutes operari in eo. O conscientiam improbam in quali quæſo cæde ipse testimonium in se dicit. O improbam conscientiam, anima peruerſa tu vſque ad mortem viuens, post mortem etiam implacabiliter iudicas. Quam vero ob cauſam prophetam occidit? quoniam veritatis prophetæ erat, & iniustum eius actionem impeditre sua reprehensione contendebat, & quem vt regem oportebat mandatorum Dei esse custodem, ipse genuina voluptatum petulantia leges violabat. Rex quippe ille est qui iustas fert leges, primusque ipse agit, non eas transgreditur. Quo modo enim alioquin sibi subditas gentes recto ordine componet, nisi iustis legibus quasi frænis peruvicax & insolens genus hominum regas? Herodes autem rex non populorum, sed voluptratum, vel potius seruus earumdem, nam à quo quis superatus est, huius & seruus est, non modo leges Dei transgressus est, sed & cædem iniquè perpetrauit. Quem vero occidit? virum iustum, quo maior inter natos mulierum non surrexit, quod & dominus ipse testatus est, virum qui desertum inhabitabile, in aquosum, infrugiferum, sine graminibus, sine herbis habitabat, Iohannes non homines tribules, & cognatos suos fugiens, sed ne videret audiretque hominum scelerata detestanda. Is neque cerebat neque metebat vniquam, propterea neque panem habebat, neque vinum, non mensam, non lectum voluptatum administrum, non suffultas molli anserum pluma culcitra, quæ effeminatorum hominum corpora frangunt, & emolliunt, non lucernam habebat, non candelabrum, non mensam, non scandulum, non poculum, non discum. Nam, cum extra mundum esset, nulla re mundi indigebat. Habitabat porro non in ædibus, quarum inaurata esent laquearia, sed sub petra seipsam contegente. Huic & mensa & scandulum, & cubile erat paumentum; carnes erant locusta, placenta mel syliquest: huic phiala erat vela manus, & vinum delicatum, quæ manabat ē saxo, aqua limpidissima. *Hunc tenuit Herodes, & alligauit.* Herodes inquit, cum prehendisset Iohannem, vincit eum, & posuit in carcere propter Herodiadem vxorem philippi fratris sui. O rem prodigiosam! Iohannes vincitam eius animam peccati catena reprehensione sua solvere conabatur, ille autem foluentem vinciebat. Verumtamen licet vinciretur Iohannes, loquebatur, in carcere conjectus reprehendebat: implebat enim quod scriptum est, & loquebar in conspectu regum, & non confundebar. Neque enim mortem reformidabat Iohannes, sed veritatem non eloqui, id vero reformidabat. Hunc vero dum occidit, non vnam modo cædem perpetrauit, sed & plures: qui enim eum qui animas docet, ac de ijs bene mereri non cessat, occidit, non vnum occidit, sed totidem quotquot ille viuens vivificare poterat sermone. Quando autem istum occidit? Pudori erat dicere, pudor quidem non ei qui dicit, sed ei qui cædem patrauit. *Die namque*

Marc. 6.

2. Petr. 2.

Luc 7.

Psal. 118.

In saltationem Herodiadis & decollationem Iohannis precursoris & baptiste. Matth. 14. & Marc. 6.

## ORATIO V.

V E M A D M O D V M si quis amator solitudinis in aliquo saltibus referto loco sub arborum umbra confideat, & iucundo volvrum concentu, ac profluentis murmure placido delectetur, fieri nequit vlo modo, quin eius animus sensusque omnis ad humanitatem traducatur, omnibusque feso affabilem præbeat: ita nos quoque superioribus diebus beni-

**Palm. 17.** natalis Herodis saltans filia Herodias in medio, & placuit apsi. Vnde cum iuramento pollitus est ei dare quodcumque posse. Ita lasset ab eo. At illa premonita a matre sua, Da mihi, inquit, in disco caput Iohannis Baptiste. O natale pessimum, quod prophetae cædem spirat, cum oportuisset potius ut viros sanctos mensa exceptos opipare reficeret. Sic nimur anima eius peruersa erat affecta. Etenim cum sancto sanctus eris, & cum perieris peruerteris. Cum debuisset potius viduarum res agere, orphanorum misereri, ut vitam suam multis, ac varijs precibus inconcussam seruaret. Nunc autem cum intemperanib; hominibus illius præcursorum diei, Auroram Iohannem cæsum è medio sustulit, qui decole fidei lampadem præferbat, lucernam totius mundi Iohannem extinxit. Hanc autem lucernam dum extinxit Herodes, se ipsum tenebris oppressit, quamvis eius fistile vas in terram resolutum sit, tamen eius irradians lampas, qui apud inferos erant fidei lumina præfrens illuxit. Nam cum esset propheta, sciretque se Dominum suum apud inferos præcessurum, misit aliquot ex discipulis suis ad ille dicens: Tu es qui vens, an alium expectamus? Neque vero quod ignoraret interrogabat. Quomodo enim ignoraret Dominum, quando ipsum etiam iudicabat, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? quo modo ignoraret, qui spectator desensus Spiritus sancti fuit, & paterna vocis auditor de ipso dicentis: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui!* Vt enim in uno interrogat, quo pacto? Tu es qui venis, an aliud? Non dixit, tu es qui venisti, nam & in terram venit: sed tu es qui venis, scilicet apud inferos; an alium expectamus? Dicebat enim apud se Iohannes, num forte angelum potentia instructum à se, ac munitum ad inferos ad munus suum exequendum vult mittere? An vero cunctos una voce exsultaturus est, vt in Lazaro fecit? Quamobrem cum de consilio Domini iudicare nollet, interrogat, dicens: Tu es qui venis, an alium expectamus apud inferos? Hunc occidit Herodes. Quo vero pacto occidit, nam cum natale suum diem celebravit, saltauit filia Herodias in medio. Dignum profecto ludicrum tali mensa. Vbi enim effeminatio, & luxus, & ebrietates, & conuicia, nihil firmunt, sed omnia perturbata, & euerfa, quia Herodis, insaniam portendunt. Audite qui saltatorum spectacula vise que adeo amatis, qui flexiles dissolutorum adolescentium pedes & vestros oculos commiscentes vestros armos simili, cum eorum infantis, atque emollitis corporibus effeminatos, audite ad quale opsonium cædis effloruit, hæc flexuosa saltatio. Illa vero premonita a matre ait. Da mihi hic in disco caput Iohannis. O improba leæna ex aspide gentium foetum! non aurum, non argentum, non lapillos pretiosos, sed caput Iohannis petiuit. Ac si quidem propter fidem postulasset, multo sanè pretiosius est auro quovis, argento, lapillisque maximis pretijs; atqui non ob fidem petiuit, ut honore afficeret, sed ut reprehensor occiso omni timore matrem liberaret, quo impune se omni fcelere commacularet. Et contristatus est Rex, cum hoc audisset, non propter cædem prophetæ, sed ob metum plebis, quoniam omnes ut prophetam illum habebant. Etenim si ob reuerentiam, modestiamque contristatus esset, non eum à principio alligatum in carcere misisset, sed propter plebem contristatus est. Erat ergo Herodis animus quasi nauis in mari intercepta à fluctibus, & in utrumque latus vacillans, cui non permittebatur, ut à cæde facienda abstineret, cum propter iusfrandum, tum propter eos, qui pariter discumbebant. Sed miser oppressus, & illectus ab ingenti vi amoris, quo mulierem prosequebatur, cum & religionem sacramenti obseruandi cædi factæ prætexeret, misit, & decollauit Iohannem. Quam perniciosem sit iurare, nunc quidem vobis in memoriam reuocate,

A qui libenter iuatis. Audite Dominum dicentem, non iurare omnino. Nam si non iurasset infelix, iste numquam ad patrandam cædem impelli potuisset. Oportuisset quidem, ut omnino non iurasset, verum vbi iurauit, ut illi fuit, ut peieraret: nam in malorum delectu satius fuit minus admittere. Misit, & decollauit ipsum. Quæ, malum, dextera ausa est, dilectissimi, gladium in sanctam certiucem injecit, quam in deserto bellua reurebantur, quam leones tremebant, quam cerasæ ac dracones & aspides horrebant, quam apes sylvestres propter viri sanctitatem labore se fatigantes alebant. Nam ex varijs floribus atque herbis in deserto tamquam emendicantes aureolas roris guttas conflatuin à fe mel illi afferabant. Hanc carnificis manus abscondit, neque similem angelis vultum eius reformidauit, non tremuit, non reuerita est faciem eius diuinum ejaculante splendorum? Sed exæcatus opinor ab Herodis ebrietate qui missus est carnifex in sem quidem habuit, oculos vero non habuit. Et abscessum est caput Iohannis, non enim unquam vinum biberat, & efferebatur in disco caput Iohannis in conviuio, tum quoque vociferans, Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Etenim etiam post mortem vixit iustus, & abscesso capite vox ipsa vivit. O hominis crudelitatem. In quo disco edebat carnes, ei caput Iohannis impo-uit. O inique tyranne, non sufficiebat illa recens natorum puerorum à priore illo Herode in Bethlehem patrata cædes, cum patrum ac matrum patriter lugentium ciuiliatus iaculis acutiores audirentur, cum copiosè fusarum lacrymarum guttae ex visceribus scaturientes fontes ipsos superabant, cum pectora tundebantur, & continua suspiria laboriosæ ex corde ad ora emittebantur, cum viscerum suorum gramen ante tempus arefactum filios suis lugebant, quando etiam vbera lac effundentia terram candore tingebant, cum infantes, qui eas fugiebant, derepente iugulatiacebant, quando parentum sinus suis pignoribus orbati erant, cum matrum vbera deliciorum dentium mordaces tillationes requirebant? Nam quæ tandem bellua non fleuisset, cum videret inique occidi innocentes infantes, quorum animæ ab omni penitus fraude alienæ erent, quorum animæ tam erant insontes, quam tenella membra, ut pote adhuc infantiū. Sed nunquid illi priorem illum Herodem reprehenderunt, quibus neque lingua fuit diserta, neque dentes in ore, ut lingua circumuallata per labia sermonem effunderent. Non sufficit illorum tanta crudelitas? Verum & tu illius immanitem imitatus Iohanni ceruices fregisti, cuius vel vno capillo dignus non eras. Filios Rachelis ille contricidauit, tu Ecclesia doctorem Iohannem extinxiisti. Quibus horum propitius ero tibi? dicit Dominus. O ciuitas sanguinum, in qua Herodes regnauit, & eodem nomine insignitus eius filius, iisdemque moribus imbutus. Hei mihi qui videntur recti ordinis, & moderationis esse auctores, ii perturbationis & confusionis sunt principes. Huiusmodi regibus subditæ Iudei, & in cæribus ab eis eruditæ ad Christum interficiendum impulsæ sunt: Esaiam secuerunt, Ieremiam occiderunt, Nabu the lapidarunt, Zachariam occiderunt, Christum crucifixerunt. Veruntamen illis ob mala sua lu-

Cum relinquentes ad sacri mysteriū lumen accuramus in Christo Iesu Do-

mino nostro, cui gloria & po-

testas in secula secu-

lorum. AMEN.

Iohann. 21.

In illud Euangeli, Collegerunt Iudei concilium, & dicebant, Quid facimus?

## ORATIO VI.

**E**RSIMILES sunt infantibus, qui lactis alimoniam sanguis, Ecclesia filij charissimi; linguis diebus maternam mammam exhauiunt, & singulis diebus queruntur. Nos quoque cum egena matre conferri possumus, cui lactis fontes propter inediem exaruerunt. Et quemadmodum videt quis non in unquam matrem filiorum amantem, lactis expertem, & à filio suo ciulatu sollicitatam, ei mammam porrigit, non ut infantem alat, sed ut eius sedet vagitum; ita & nos spectare oportet pariter affectos, & eadem facientes. Etenim cum hunc filiorum Ecclesia conuentum intuemur in orbem astantium, & rationabile orationis lac expectantium, mentis nostra mammam laxamus, non ut eos alamus, imperiti quippe sumus, & egeni sermonis, sed ut desiderium, ardoremque sedemus. Verumtamen ad este dilectissimi ad Solis praeconem accurramus, ut paratas Domino fraudulentas à Iudeis insidias videamus. Collegerunt, inquit, Iudei concilium, & dicebant, Quid facimus? Hac nobis Iohannes Euangeliista paulo ante pronuntiavit. Etsi enim nobiscum nunc ore non sermocinatur, spiritu tamen ad aures astantium clamat. Collegerunt enim, inquit, concilium, & dixerunt, Quid facimus? Bonum quidem est illud, collegerunt, sed malum illud, concilium, non ad caritatem, sed ad pugnam, non ad pacem vocantes, sed ad bellum incitantes. Collegerunt concilium, non ut fidem stabilirent, sed ut lapidem angularem abicerent. Collegerunt concilium, non ut oves errantes ad ouile deducerent, sed ut, occiso pastore, gregem dissiparent. Collegerunt concilium, non ut margaritam niueo canore micantem fide exciperent, sed ut phengitem lapidem, ut quidem putabant, perfidia inobscuren. Collegerunt concilium, non ut thesaurum absconditum in agro probè susciperent, sed ut improbe Dei templum euenterent. Collegerunt concilium, non ut mellifluos vitis racemos decerpserent, sed ut vitem veram ad crucis arborem applicantes, seipso vitis arbustius perditionis, nos autem salutis, efficerent. O concilium à diabolo aduersus Christum collectum, & consistorium iniquitate repletum; & concilium luporum potius sanguinis auditorum, quam hominum Deo plenorum. Quid vero luporum immixtum dico? imo leonibus immanibus peiores dixisse rectius. Etenim leones in Daniele quamquam nullum signum intuebantur, sed virum tantum spectantes, & modestiam honore prosequentes immansueta ora sua refranarunt. Iudei vero licet tot, tantarumque rerum spectatores facti essent, vehementius ex inuidia ad cædem armati sunt, & dicebant. Quid facimus? & prouidam malitia inuestigationem; & gemitum & planctum ab inuidia effusum; & lamentationem & luctum ob res malas conceptum. Ne ipsa quidem Rachel plorans filios adeo ingemuit. Quid facimus? Cum debuissent potius miseri gaudere, cum debuissent latitudinem diem solennem agere, quod mortui reuixissent, quod vita manifestata erat, quod mors extinta erat, quod diabolus confusus, quod demonum turma delecta, quod humanitas in libertatem vindicata, quod resurrectio mortuorum omnibus prædicata erat. Iam vero ob tanta bona non gaudent, sed lugent, & auctorem

A tantorum bonorum, tollere è medio volunt. Quid vero dicunt? Quid facimus? cum simus transgressi mandatum Dei nobis traditum, cum datam nobis legem non seruauerimus, quæ dicebat nobis, Prophetam de gente vestra & fratribus Deut. 18 vestris, sicut me suscitabit vobis Dominus Deus, ipsum audietis in omnibus, quæ imperat vobis. Nunc autem non ad pœnitentiam dicunt, Quid facimus? sed, quid facimus? quo modo occidemus iustum? ut mente captus est Israël. Ne hoc quidem audisti? Innocentem & iustum non interficies? non sufficit tibi antiquus prophetarum sanguis effusus? Nam usque ad hoc tempus clamat ad Deum, & ab eo vindictam expectat. Sed ut maiorem vim illi sanguini adjicias, insontem ac iustum sanguinem damnas, & dicas. Quid facimus? ô mentem amentem, & inconsultum consilium! Quatriduanus illorum reuixit, peccatorum diffracta sunt vincula, & illi ad insidiosam cædem in ipsum amantur. Debuissent potius verbis immutatis dicere, Quid facimus? cæcos à natu iuante vidimus illi oculorum usum acceptum tulisse, & ne hoc quidem credidimus. Quid facimus? ex quinque panibus quinque millia in deserto ad satietatem ab eo pasta nouimus, & hoc quoque non credidimus. Quid facimus? Paralyticum in lecto iacentem triginta iam & octo annos aequum alentem vita suæ morbum verbo erexit, & hoc etiam non credidimus. Quid facimus? in mari eum ambulante, tamquam in solo spectauimus, & vorticisorum fluctuum impetus turbinesque indomitos solo nutu manus repressisse nouimus, neque id tamen credidimus. Sed dicebant, Quid facimus non ut eos pœniteret, sed ut malitia parent. Ipsorum regio mortuos viuentes tamquam albas segetes & maturas, nullo labore ex se profundebat, & ingemiscebant. Num quæ seminastis Iudei non metitis? Num quis vestrum suscepito Domino lassus est? Quia in re damno aliquo affecti grauati esisti? In quo à Deo iniuria affecti esisti? Quid mortuos à vita arceris? Quid perennes melliflui fontis canales vultis confringere, ex quo qui biberint non sient amplius? Cur ægros vestros necatis, dum eorum medicum vultis è medio tollere? Verum horum omnium causa est perniciofissima inuidia. O inuidia cædis mater, diaboli inuentum, princeps mortis. O inuidia quæ neque eos, quibus inuides viuere vis, & eos qui te fouent vehementius punis! O inuidia diaboli contubernialis. O inuidia inimica amicitiae, pacis hostis, charitati aduersaria, diaboli fœtus, flos tenebrosi coloris, qui te pascuntur cædem Christi machinantur. Tu & Adamo iam à principio in paradiso inuidisti, & dulci degustata voluptate acerbissimæ morti tradidisti: neque enim effet mors in mundo, nisi tu eam inuidia peperisses. Testis est diuinorum librorum auctoritas. Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum. Inuidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum. Tu & Cainum candida fraterni amoris ueste spoliasti, & insidiosa cædis gladio armasti, tu eum occidere docuisti, & continuo miserum tremere docuisti. Tu in Pharaonis animo infidens recens genitos Hebraorum infantes, quasi herbam arefecisti. Tu & inuidia beneficio affecta in eos qui beneficio te affecterunt, vehementius commoueris, ut Saul à Deo adiutus, & à te correptus ad cædem ardentijs rebatur. A te agitati filij Iacob formosum & splendidum Ioseph in tenebris solam Aegyptum miserunt, & liberum tamquam seruum evnundederunt, ita neque eos insomnia terruerunt, diuina enim visio indicabat figuram cum esse Christi (ab undecim quippe stellis in visione adorabatur) postquam & proditor Iudas inuidia impulsus laqueo vitam finiuit. Nos autem mor-

Iohann. 21.

B B

C C

D D

inuidia  
detesta-  
tio.

Sep. 1. & 2.

Gen. 4.

Exod. 1.

Matth. 23.

Iudei  
dei for-  
Dan. 14.

Exod. 1.  
ad pœ-  
rō φόβος  
τὸν φόβον  
τὸν φόβον

tis parentem fugientes inuidiam, surgentes A Deum, quem in Trinitate adoramus, celebremus laudibus, quoniam ipsi conuenit potestas, honor, gloria & magnificentia, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. A M E N.

Matth. 25

In decem virgines.

## ORATIO VII.

**C**VM fragilem & caducam vitæ nostræ conditionem, perpendo, ac nutantem vertentis anni circulum multisq; obnoxiam molestiæ hominum stationem, & humanos casus, tum prætero facile præsentis sæculi negotiorum vmbram, gloria momentaneum nomen, fragilitatem potestatis, prosperitatis imaginem, & somnium diuinarum. Cum vero deinde considero diem illum extreum, & ineuitabilem illam consummationis celeritatem, reddendæ rationis tempus, & nullis flexibilem blanditijs iudicem, horrendamque iudicij constitutionem, quomodo è cælis fulgurans aduenit iudex, quomodo commota virtutes cælestium antecedunt, quo pacto tremendus præparatur thronus, cælum ut liber convoluitur, elementa metu dissoluta inflammantur, concutitur solum iudicis incessum expeditans, quomodo horrendum clamorem edent tubæ, aperiunt monumenta, excutientur sepulchra, exilient somno expergefæcti mortui, puluis in istu oculi ad propriam dispositionem reuertetur, quomodo ad sua recurrent corpora animæ, iusti in occursum pergent, quomodo fisti se sponsus media nocte, dignique habentur ingressu iusti, quomodo negligenteribus thalami sponsalis occluduntur fores, cum hæc omnia mente mea contrectau, beatas existimo prudentes illas virgines, quas nobis paulo ante euangeliorum liber proposituit, quoniam & eum infirmitate capiendo loni depugnarunt, & cum immutabilem temporis præterlabentis conditionem animaduertiscent, occasionem aduentus obseruarunt, animumque suum timore occursus incorruptibilis sponsi excitarunt, quod cum nocturnas tenebras explorasset, accuratam lucernarum curam gesserunt. Nihil autem vetat, quominus ipsas etiam diuinæ syllabas percurramus. *Simile factum est*, inquit, *regnum calorum decem virginibus*, que, cum accepissent lampades suas, exierunt obuiam sponsi. Sed quando quoso exierunt? quando distractionibus huius vitæ fese expediebunt, quando per arctam & strictam viam incedere statuerunt, quando voluntariam adamantur duram educationem, quando se nuptiarum legibus non obstrinxerunt, cum voluptates vitæ neglexerunt, cum optimam partem incorruptionis elegerunt, cum sapientia conditos mores adamarunt, cum temperantia societatem inierunt, cum sancti Sponsi amore arserunt, cum omnia signa vitæ sæcularis abiecerunt: Tunc exierunt obuiam sponsi. Erant autem, inquit quinque prudentes, & quinque fatuæ, vnde autem dignoscuntur prudentes? Ex eo nimur quod eleemosynam cum temperantia copularunt, beneficentia virginitatem ornarunt, intellexerunt fidem sine operibus mortuam esse, censuerunt non sufficere rem vnam laudabilem ad salutem: neque enim una ala fœse aquila in altum tollit. Recordatae sunt illius sponsi vocis dicentis: *Misericordiam volo, non sacrificium*. Et rursus: *Quoniam super iudicium misericordia exultat*. Hæc probe secum perpendentes

impluerunt vasa sua olco. Quænam autem vas? nimur fame laborantium ventres, spirituum nuptiarum conciliatores, pauperes locupletarunt, compararunt sibi miseracionum viaticum, fame laborantes nutritabantur & lampades illuminabantur, mendicigratias agebant, & sponsus delectabatur, eleemosyna spargebatur, & quæ expectabatur merces præparabatur. Prudentes verba illa David pronuntiabant. *Paratus sum, & non sum turbatus*. Fatuæ vero gestantes lampades sine oleo longè à sponso aspiciebantur. Quomodo vni adhærebant officio? quomodo integratatem quidem sibi comparauerant, humanitatem autem repudiauerant. corpori quidem suo vacuitatem passionum conciliauerant, compassionem autem erga egenos non præ se tolerant. Qui fatum est, vt temperantiam quidem dixerint, hospitalitatem autem auersatæ fuerint? Quis tandem igitur finis fuit? *Moran autem faciente sponso*, inquit, *dormitauerunt omnes*, & dormierunt. Verum ea quidem quæ oleum præparauerant, secura erant nunquam extinctum iri lampades suas: fatuæ autem ad id tempus differebant, quo necessarium esset id habere. Cur igitur non comprehendo breui? Venit hora, tempus anteuertit, sonitus audiri coepit, resonabant tubæ, concutiebantur clementia, aër agitabatur cælum inclinabatur, firmamentum tremebat stellæ soluebantur, perturbabantur virtutes, præcurrebant angeli, fulgura antecedebant, ingenti tumultu concitabantur creaturæ. Non enim de die, sed noctis medio iudex aduenit. Quid deinde? Fit clamor ad occursum vocans, *ecce sponsus venit, exite obuiam ei*. Quid ergo accidit? Surrexerunt virgines, excusserunt somnium, arripuerunt lampades, sed alia quidem ardebant, alia vero minime apparebant. Ac prudentum quidem lampades bonorum operum oleo irrigabantur, quæ vero erant fatuarum, extinguabantur. Res erat miseratu digna. ineuitabilis quædam necfisitas mulierculas illas obsecrassas tenebat, non erat relictus in illa calamitate consolationi locus. Tum enim ad prudentes conuersæ, quod accipere non poterant, petebant. Date enim nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguntur. oportuit igitur imitari, non autem iam obtestari: nam ab ijs, qui vendunt, oleum emendum tuit. Date vos, inquiunt nobis oleum. Frustra prudentes obsecratis, O pigræ, iamdiu dimissus est vitæ conuentus, iam theatrum vitæ præterit, non est iam tempus contrahendarum passionum; nunc exigitur operum exhibitio. Præuidisse periculum seculi huius oportuit, huius occursus curam gefisse oportuit. cogitandum fuit sine oleo lampades illuminare non posse. Dicitis, date nobis de oleo vestro, nemo alienis operibus exornatur; quisque ea, quæ seuerit, metit. Date vos nobis oleum. Quid ergo prudentes responderunt? Ne forte non sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendentes, & emite. Adhuc etiam, quamuis per exigua quædam reliqua sit hora, currite, elaborate, nondum aduenit sponsas, properare antequam occludantur fores, ad vendentes proficisci. Quoniam autem o prudentes sunt illi vendentes? Ignorant enim ipsæ, quæ nunquam huic commercio sunt assuefactæ, quoniam hi sint vendentes? Qui ecclesiæ fores obsident pauperes, ratione prædictæ hirundines, quæ rationabile animarum ver annuntianti, venerandi apud Dominum mediatores, inuicti in die iudicij oratores. *Dum autem irent illæ emere oleum, venit sponsus*. O perniciosa negligientiam! o incurabilem dolorem! o damnum nulla consolatione mitigandum! o intolerabilem luctum! Dum autem illæ irent emere, venit sponsus, venit expectatum gaudium, venit exultatio iustorum, media nocte venit lumen. Iuerunt obuiam prudentes, cum sponsus ingressæ sunt, clausæ sunt

se sunt foræ. Horresco dum mihi in mentem venit, quod factum est, dum eum enarraro casum, qui mulierculis accidit, totis artibus contremisco. Venerandum thalamum intueri optabant, propter eum enim delicias mundi abiecerant, voluptates neglexerant, gloriam despicerant, vias duras custodierant, perturbationes superauerant, cum delectationibus decertarant: sed quoniam oleum non habebant, occlusa regni claustra repererunt, omni spe introeundi sublata. Nam cum venissent, pulsabant, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis: iudice ex interioribus adibus terribiliter inclamante. Amen, amen dico vobis, nescio vos. O supremam sententiam, licet non per angelum, sed per se ipse luctuosum responsum dederit, ut cum vocem audirent, faciem autem videre non possent, multo amplius torquerentur. Amen dico vobis, nescio vos. Domine in te proiecta sumus ex utero, secutæ sumus te à iuuentute nostra, integratatem conseruauimus, quod nobis effinxisti, corpus incorruptum seruauimus, non subiecimus membra perturbationibus, coronas à gloria tua suscipiendas expectabamus, & nunc foræ occlusi, ac dicas, nescio vos. Quid ita Domine? Tum Dominus, Quid ita? Quoniam esurini, & non dedisti mibi manducare, sitiui & non potasti me; hospes eram, & non collegisti me, nudus & non induisti me, infirmus & in carcere, & non venisti ad me. Scriptis verbis, declaravi vobis, dicens: Quatenus non fecisti mihi ex his fratribus minimis, & parvis, nec mibi fecisti. Illa autem dixerunt, Frustra ergo Domine laborem & afflictionem carnis sustinuimus; frustra vigilijs, & ieiunijs nos ipsas confecimus? Frustra cælestem sponsum ad finem usque desiderantes, virginitatem illibatam conseruauimus. Sane, inquit, virgines quidem estis, sed dotem non habetis, sed nuptiali mundo exornata non estis. carnis sanctitatem exercuitis, sed inhumanitate sanctitatem læsistis? Incorruptum vestrum est corpus, sed mores immisericordes, non natura, sed inhumanitatis. Meus nuptialis mundus est bonorum operum oleum. Oportet ergo eas, quæ meæ sponsæ factæ sunt eis moribus exornari, qui mundo illi conueniant. Non possum thalamis meis nympham excipere, qua mecum pugnet, non introducam bellum in thoros pacatos. Dicidite à me, ne frustra obstrepite foribus meis, misericordium est domicilium regnum meum. Ille mecum facile ingredietur, qui meam in pauperes misericordiam imitatus fuerit, qui spiritui pauper fuerit, qui indigentibus aures faciles præbuerit, qui proxiorum malis non aliter perculsus fuerit, ac proprijs, qui alienis calamitatibus illachrymatus fuerit, qui animam esurientis satiarat bonis; qui nudorum humeros calefecerit, qui ægroti vocem aure surda non preterierit, qui pusillanimi consolationis sermonem forneratus sit, qui peregrinum tecto exceperit, qui compassionis spongia lachrymas viduarum abstulerit, qui orphanorum conditionem grauem, & miseram, subsidio suo leuarit? His admoniti fratres, nolite linguæ mirari, sed opere imitari, linguæ siquidem signum manus, eamque dexteræ interpretatur largitio, qua verba imitantur. Amorem in pauperes plurimi faciamus, dispergere nummos in pauperes, quæso, ne grauemur, Domini vocem audiamus, metum experti experientiam declinemus, nobis ipsis propter esurientes non parcamus. Etenim virgines, quod humanitatem non coluissent, à sponsi thalamo arcentur. Quæ porrò spes illis relicta est ijs, qui præ inhumanitate contumelij affecerunt. Hæc dum apud vulgus eloquor, negligentiorum conscientiam confirmo, nulla in re benignos laedens, sed eos, vt ardentius in pietatem incumbant, incitans. Disperge itaque, mi frater, quandiu du-

A rat huius vita conuentus negotiare in ijs que tibi defensioni futura sint, antequam throni ponantur, luctum præ te fer; præueni sponsi aduentum, curre velocius quam peccatum, præoccupa illam dijudicationem, que præstituto futura est tempore. Cole iudicem, ne tibi accidat, vt tribunali nudus fistaris. Nunc pecunias distribue, vt tunc crimina diluas; alloquere solus iudicem solum, ne coram omnibus condemnaret. accipe mediatorem pauperem ad eius fauorem promerendum, per illum corrumpe muneribus iudicem, illi soli hoc crede secretum, vende per illum ius iure, mendicus accipit, & iudex remissione subscriptis, fine scripto fulcitur, & manu scripta profert. Qui enim miseretur pauperis, Dominus favoratur. Id quod nunc in manum pauperis iacis, hoc in iudicis dextera agnosces. Si ergo iudicium elabi contendemus, hic etiamnum iudicem per pauperes exorabitus. Et tum quoque cum domi tua morturis disponis, inter cognatos & amicos tuos hæredem scribe animam tuam excedentem è viuis. Da illi quamvis exiguum necessitatis viaticum: sit in tabulis testamenti scriptum non men iudicis: ne sit expers mentionis pauperis charta; conciliatorem gaudij non luctu dignum funus efficiet: ne fine patronis horrendo te fistas foro: palce ventres eorum, quorum linguae tibi patrocinari debent. Per eos nobis debitorem reddamus creatorum, ne poenas demus. Emanus pecunij nobis oratores futuros ad rem eiusmodi consequendam: habes quippe testimonij de me testem pauperem conciliatum. Qui fœnum pecoribus oriri iubeo, & omnibus præbeo cibum: & tamen te eleemosynam faciente, ego cum paupere manum extendo, & obolum excipio. Amictus sum lumine sicut vestimento, & si solum pauperem operias, ego fentio calorem. Vides in cælo confidentem cum patre, & si folium ad eos, qui in carcere sunt, visitando perrexeris, inuenies me in vincula residentem: quod si ad ægrotos properaueris, à lecto non absum. Vbiique sum enim, & ijs, qui premuntur necessitate, succurro. Quod pauperi dederis, id apud me multiplicatum videbis. Si in ædes tuas introduxeris eum, qui tecto caret, etiam me per ipsum domi tuæ suscipes. Hæc tibi tria præbebo, & lucrum augebo, & domum tuam custodiā, & habitationem tibi præparabo in cælis, vnde abscedit omnis labor, & tristitia & gemitus in Deo Patre simul cum Spiritu sancto, cui gloria, & potestas, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. A M E N.

Prou 19.

Math.25.

Eleemosyna frumentorum.

D

In meretricem.

Luc.7.

## ORATIO IIX.



Evs quidem omni tempore, vt potestate benignus, peccatoribus tempus ad penitentiam concedit: sed animam suam vir negligens per socordiam perdit. Etenim rebus inanibus, & caducis dum addictus est, cælestium bonorum adepitione priuatur: & qui rerum omnium Dominus rexque constitutus est ab opifice suo ac Deo, ob sæcularia desideria factus est seruus peccati. Quamobrem de ijs qui hæc faciunt, inquit David. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Et Christus peccatores, innuens ait. Non veniunt ad lucem, vt non arguantur opera eorum. Omnis enim qui mala agit, edit lucem. Et rursus: Ego veni in mundum, vt non pereant, sed

Psalm.88

Ioan.3:20

vt vitam

**I. Can. 12.** *vt vitam habeant. Et rursus: Non veni vt iudicem mudi, sed vt saluum faciam. Et rursus: Animam meam pono pro oib[us] meis.* Hæc verba cum audiisset meretrix, tamquam aromata vndiquaque propagata, & omnibus, qui digni erant, odorem fundentia, cum illi mala eius opera in mentem venissent, his continuo adhæsit, suam deplorans infamiam, cum secum cogitasset quanta sibi ob hæc scelera imminenter mala, multa enim tristitia, multisque dolor tum temporis eos, qui meretricie vivunt, inuidit: horum metu perculsa mutata est meretrix, nec iam amplius meretrix fuit, sed continuo virgine honestior facta est. Etenim sedens aduersus seipsum iudicium exercuit, & seipsum condemnans, dixit, *Hei mihi peccatrix, quousque tandem à malis me non seiungam? cur non cogito quanta sit misericordia Dei, cum propter me tamquam ouem errantem omnes vias circumeat Dominus?* Propter me siquidem inclinavit cælos & descendit, cum peccatore Pharisæo cibum sumit, qui dat escam omni carni: Appropinquat peccatori qui omnis expers est peccati: mens fit particeps, qui omnes nutrit: & iacet in terra qui super Cherubim gestatur, & peccatoribus omnibus chirographa peccatorum vltro largitur. Quid etiam manes? Aude anima mea accede: non venit vt saluos faceret iustos, sed peccatores. Hæc cum illa dixisset continuo à mensa Christi bonus odor indulgentiae ad meretricem peruenit, olim incontinentem, nunc temperantem, olim feram, nunc ouem, olim seruam peccati, nunc liberam penitentia. Et stans apprehensionis promptitudine, animo venit ad ipsum, ac cernens dominum apud mensam, non petijt micas, vt Chananaea, sed ipsum vitæ panem totum complexa est. Nam Chananaea quidem pro filia à dæmonio vexata precabatur, & cum audiret canis, vt micas accipere liceret, petebat. Hæc autem non filiam habebat à dæmonie arreptam, sed totum corpus impudicitij arreptitum. Ac Chananaea quidem omnino clamabat, *Miserere mei fili David;* meretrix autem nec vocem quidem mittebat: sed cum probè sciret Deum omnia nosse, tacens ore, corde loquebatur ei, qui corda nouit, & plorans deosculabatur pedes, atque ita Dominum ad compassionem inflexit. Enimvero frater inuestiganda nobis est, si luber sapientis illius mens, vt discamus, quo modo illam ita excepit Christus, & quomodo tenebris obfessæ animæ illuxerit. Verè enim prædictus David, *Speciosus forma pra filiis hominum* Dominus, neque solum speciosus, sed & speciosorum amator. Hanc enim, priusquam ad ipsum ingredieretur, iam nouerat optimamente, ac consilio instructam. Vertim audiamus si videtur ipsa Euangelij verba. *Cum recumeret Iesus in domo Pharisai, mulier quadam in ciuitate peccatrix audiuit.* Et cum ceperisset alabastrum vnguenti pretiosum, ingressa pedes eius vnguebat, & lacrymis rigabat capillisque tergebat. Magnum studium mulieris, magnus ad salutem cursus, magna contentio animi, qui se periculo expedire cupit. audijt & proprauit, ad penitentiam animum appulit hæc secum reputans. O peccatrix anima terque misera quid expectas? quid differt suspenso animo? Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: Ecce tempus quod quarebas aduenit: Ecce adest qui soluit & tollit, & abstergit peccata; adest vnguento, quousque tandem in luto ac foetore hæres? perge ad illum, etenim propter te venit ille, abijce exoleta vana, & dilige que nunc sunt tempestiuæ; illa destabilia, hæc desiderabilia & æterna. Odio profere pristinam mentem, vngi vnguento creatorem, blandire illi, qui te saluam facere vult. Inuenisti amatorem præ omnibus, quos vñquam habueris, amatoribus. Illos osculata multa tibi peccata cumulaisti, hunc si osculata fueris, etiam priora peccata, qua ex illis contraxisti, ipse condonabit.

A Ita tecum ratiocinata in ædes irrepit, atque. Recedo à veteribus malis, & noua inuenio bona. Vale dico, & abdico me malo, atque coniungor bono. audiui enim dicentem David: *Accedite ad eum, & illuminamini,* & Dominum ipsum dicentem: *Appropinquate mihi, & ego appropinquabo vobis.* Appropinquo & ego Deo, sed vereor accedere peccatrix ad eum qui peccati expers est, lutum ad vnguentum. Verum enim uero habeo misericordia eius pignus vocem dicentem: *Venite ad me omnes peccatores, & ego resiciam vos.* Discedo ergo: non me probro afficit, non dicit mihi, Recede à me peccatrix, haec tenus in tenebris vixisti, & nunc me iustitia Solem visum venisti? Verum quid differo? Accipiam vnguentum, & ad eum pergam, Pharisæi domum mihi Baptisterium faciam, & ex fluentis lacrymarum piscinam mihi & lauacrum parabo. Ex alabastro vnguenti sigillum fidelium in fronte sumam, & per penitentiam mundabor à peccatis, ac medica orationis opera laqueos euadam diaboli. Intuere mihi in veteri testamento Raab meretricem, quæ ad portam vrbis domicilium peccati collocauerat: atqui ipsa cum Israëlis exploratores exceperisset mercedem hospitalitatis vitam accepit. Qui enim eam seruauit Iesus Nauem Iesu veri figuram gessit. optimum meretrici præmium propter exploratores Iesu Nauem filius largitus est. Si tum igitur Christi nomen salutem, & peccatorum remissionem attulit; nunc verus Iesus, & virgo, & ex virgine natus meretricem hospitio excipientem, & vnguento pedes vnguentum repellendam censem, ac non potius peccatorum indulgentia donabit? Verum tunc quidem Raab exploratores dimisit, ego vero maneo eum tenes, quem desideraueram, non vt illa explorarem vrbis, sed vt visitatorem animarum omnium hominum. Ecce vtique vt dixi tempus aduenit, quod cernere optabam, illuxit mihi dies solque iustitia & annus acceptabilis à Domino & à Deo visitatio. Verè namque risitauit nos Oriens ex alto, apparet is qui in tenebris & in umbra mortis sedent. In Simonis ædibus diuerlatur Dominus, pergo ad illum. Quid vero faciam? Plorabo vt plorauit Anna sterilitatem? sed me Simon quasi ebriam reputabit, vt quandam etiam Heli pontifex Annam. Sed maneo tamen corde orans ad pedes Christi, & id faciens lacrymas fundam. Huic puro meretricis sanctoque proposito auxiliata est fides, acceditque ad vnguentorum venditorem, itaque sermonem instituit. Quandoquidem magnus mihi amicus præ omnibus filijs hominum aduenit, si eximium habes aliquod vnguento, da mihi; vt dignè offeram illi, qui merito suo à me diligitur, qui mihi cor, & intimas medullas igne quodam novo vfit. Ne tibi sit cura pretium, etiam si me opus sit corpore, & offibus satisfacere, parata sum numerare, ac dare, vt vel exiguum quid habeam, quod illi offeram, qui me ita mundare vult. Ille autem videns ardorem fidei, animique propositum, ait ipsi, Dic mihi quæso quismam ille fit, quem amas, qui adeo suo te amore inflammat? quid huius vnguenti gratia te ab illo impenetraram existimas? Tum illa respondit; Quid tu dicas mi homo nescis, non nosti quæ loqueris. Mihi quidem ille munus dare potest vnguenti loco, cuius pretium nullo vnguento dono æquari potest. Nec cælum quidem ipsum, neque terra, neque vllus eorum, qui mundum incolunt, cum eo conferendus est qui ad me venit; quam tu quidem vilem intueris, at ille vt pote benignus dignam existimans, à peccatis me liberavit. Hic filius est David secundum carnem, propterea & conspicuus est, qui & de ipso dixit: *Speciosus forma pra filiis hominum.* Hic filius est Dei, & eum non vidi, sed de eo cum audissem, desiderio vulnerata sum. David cum amaret Melchior filia Saul, regias opes dereliquit, & eum gentem sequuta est. Ego vero dinitias meas, magna

contentione, licet perperam, congregauit: emolumentum, atque ad Dauidis nepotem mea causâ egenum factum accuro. Cumque accepisti fidelis meretrice vnguentum, perinde quasi vota esset, ad ædes Pharisæi properauit. Ac Pharisæus quidem cum meretricem videret Iesu pedes tenentem, eosque vnguentem, totamque domum vnguenti odore repletam, sic apud se ratiocinabatur, dicebatque. *Hic si esset propheta, sciret vi- que qua, & qualis est mulier, qua tangit eum, quia peccatrix est.* Et mulieris confidentiam vituperabat, vt quæ impudenter accessisset, eumque attigisset; & Dominus ipsum reprehendebat, vt qui inconsideratè omnes ad se accedentes exciperet. Ignorantiae igitur eum condemnans apud se dicebat. Quid hoc rei est? Illum ego tamquam ex prophetis vnum ad prandium vocauit, & hanc, quam omnes, qui urbem incolunt, nouerunt, quam quisque perspectam habet, iste non nouit. Si propheta esset, sciret, quænam hæc mulier esset. Christus autem, qui scrutatur corda, & renes, cogitationes Pharisæi videbat, in varias partes agitatis eius considerationibus fit intus tranquillitas Christus, aitque ipsi, *Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister dñe.* Ait ipsi. Dignum tibi reprehensione visum est, quod hanc peccatricem non sim auersatus, sed exceperim; dignum tibi reprehensione visum est, quod non infectatus sim, sed iustificaram. reprehendum videtur, quod non iratus fuerim, sed placatus; reprehendum videtur, quod eam, quæ ob peccata sua fugere volebat, reuocarim. Cum deberes potius gratulari lapso, & mox resurgentem, dolorem inurunt tibi aliorum bona. Verumtamen non est rationi consentanea reprehensio tua, confer hoc cum eo quod tibi narratus sum. *Duo debitores erant cuidam sceneratoris: vnum debeat denarios quingentos, & aliis quinquaginta.* Cum vero egestate premerentur, ambobus chirographa sua vltro reddidit scenerator. Quis ergo illorum plus diligere debet? Ille autem ait. *Aestimo quia is, cui plus donauit.* Ait ipsi, recte iudicasti. Deinde conuersus ad mulierem ait Simoni, vides hanc mulierem, de qua tu spem omnem abieceras, tu meos lauare pedes non es dignatus. hac autem lacrymis pedes meos rigauit; osculum mihi charitatis non dedisti, hæc autem non cessauit osculari pedes meos. oleo caput meum non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Verum disce ò Pharisæe, quis sit scenerator, & qui debitores. Ego sum scenerator duorum, tui, & illius, nec vestri solum, sed & omnium mortaliū. Ego omnibus largitus sum gratis, quæ à me acceperunt; animam, spiritum, corpus, sensum, cognitionem, motum. Creditorem itaque à te repetente in solidum, quæ accepisti, si non habeas, vnde reddas, ora, vt debitum tibi donet: quod si neque reddere possis, neque orare digneris, vt tibi donetur, licet non erubescas, dum garrulus es, & contendis, tace vt hæc meretrice, quæ multa numero esse videns debita sua, dixit apud se, Quid dicam, aut quid respondebo? Si dicere velim, non debedo, scit ipse me debere, & à quo tempore referendis rationibus sim obnoxia. Itaque cum probè sciret eum omnia nosse, nullumque ex ijs sceleribus, quæ in se admiraverat, eum latere, silentio processit lacrymans, & in corde suo omnia debita confessa, Deum placatum reddidit. Tace & tu Pharisæe, vt tibi debitum condonet. Noli tu cum reus sis, condemnata iam condemnare. Noli tu, cum vilis sis, vilem vili pendere. Quiesce, neque enim aut tuis, aut illius rebus indigo, sed ambobus vt remitterem debitem, veni. Ego enim sum ille humanus scenerator duorum, neque tantum vobis, sed & omnibus, qui soluendo non fuerint, dummodo fateantur debitum, & postulent per pœnitentiā, vt sibi remittam, donemque chirographum.

**A**Si quis ergo æ alienum contraxerit, accedat ad gratiam baptismi, & per eam à debito liberabitur. Agite ergo, ecce à debitis soluti estis, ab omni obligatione liberati per gratiam estis, ne vos primo iam resciffo, alio rursus chirographo obnoxios reddatis. Verumtamen here Domine Iesu Christe, quandoquidem ea quæ debo tibi, vnde reddam, neque habeo, neque possum: meis siquidem multis sceleribus tuam fortē cum fœnre absumpsi, sed ne quæso à me repeatas, quæ mihi dedisti, animæ fortē & corporis fœnus, quin potius pro tua humanitate eleua gratuitatem debitorum meorum, mihiq̄ dic, vt meretrici, dimittuntur tibi peccata multa; tu enim solus es sine peccato, bonus, & benignus, & peccata condonans, teque vnum decet omnis gloria, honor, & adoratio, cum Patre tuo qui principio caret, & omnino sancto, bono, & viuissimo Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. AMEN.

## In sancta &amp; magna Paracœue.

## ORATIO IX.



**I**N I T V M iam nobis est iejunij certamen, desit autem in crucem. Quem enim alium nancisci finem, victoriam oportuit, quā vt trophæo terminaretur? Trophæum enim crux est, semel quidem defixum, semper dæmones in fugam vertit: vbi enim nunc idola & inutilium animalium cædes? vbi templa, & impietatis ignis perpetuus? omnia vnius sancti sanguinis vi conceditur. Est ergo crux potestas multum potens, telum inuisibile, medicina à materia secreta, fons extinctor laborum, gloria sine dedecore, ita vt licet alia infinita dicā de Christo, licet sexcenta miracula enarrans attonitum reddam auditorē, non adeo in illis atque in cruce glorier. *Vin' hoc tibi liquido cōfite?* Ex virginē prodigiū Iesu, grande miraculū nuptias superare, & naturam innouare. *Atqui nisi crux fuisset non seruata fuisset operibus prima virgo paradisi.* Iam verò crucis tēpore prima seruatur mulier, quæ vetus malū nouis largitionibus curat. *Atq;* in Galilæa quidē surrexit mortuus, sed rursus obijt. Ego autē per crucem suscitatus à mortuis, non iam amplius morti possum occumbere. Nauigabat Iesu Mare, Deus in nauicula, lignū vno die vlti fuit. Ego vero lignū accepi æternū optimū quo gubernaculi loco vtens spirituales nequitæ fluctus repellā. Nutrita sunt quinque millia sub vna crucis figura: vbi ergo ciborum reliquæ? Quo modo qui præsens non sum, corū, qui adlunt reliquias accipiam? Erat quippe duodecim fragmentorū cophini qui supererant. Cōgrua planè gratia. Crucifixus est Christus, & semper nutritur, & satiari rursus quærimus, & amplius est quod superest. Est enim gratia sine dāno. Laudetur dies quæ lucē peperit, per quā reliquæ dies ad lætitia sunt vocatae. Quo id pacto? Audi. Hodie formatus est Adā, sexta die, hodierno die formā consequitus est diuinā. Hodie in mūdo patruis cōstitut mūdus, hodie homo gubernator præclarus humanæ naturæ arripuit gubernacula, princeps omnium animantiū, hodie voluntaria suscepit mādata, hodie excidit à paradise, hodie rursus introductus est. O diem variū! ô luctuosum & lucū vacuū, ô mane quidē tristitiam afferentē, vesperē autē exhilaratē, vel potius, ô quā multa sanauit, Magno meo cū dolore fateor vobis, cū mihi veteres occurunt calamitates, Adamū audiens paterna domo excidisse, hominem paradisi ciuem absq; agricultura nutritum fuisse, absque pluvia in delicijs versatum, ni-

hil sudoribus, aut ligone, aut laboribus, aut fatigacionibus ad vitam sustentandam opus illi fuisse; arboribus gaudentem semper florentibus, à floribus in flores transfeuntem, à fructibus ad fructus transilientem, vsum habuisse cupiditatibus obsequente, s̄epe autem nesciisse quam potissimum in partem ic̄ conuerteret pr̄ pulchritudine eorum, quā se offerebant, s̄e penumero tantam fœlicitatem defleui; cum eum tot bonis excidisse viderem. Communis quippe erat calamitas, & quā totum genus nostrum attingebat. Postea verò quām in euangelia incidi, & in huius diei considerationem, restitu, sexta enim erat & illa, & hæc, tum omnem abieci tristitiam, & sermone lētitiā p̄ me tuli, sic apud me cogitare institui, & apud vos effari. Iam dolor abscessit, tristitia, gemitus, vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia. Nam quemadmodum medici vulnera à serpentibus illata ex ipsis mutuati remedia sanare solent, & ipsa morbi materia ad morbum profligandum vtuntur; ita saluator noster omnibus malorum occasiōnibus ad bonum v̄sus est, amarum in dulce conuertit, felleum ad curationem traduxit, mortis stimulum aduersus ipsam inflexit, ligni noxam in salutem transmutauit, diem afflumpſit quā mundum creauit, & pro illa diem redditum quā mundum lætificauit. Mihi quidem noli credere, sed oculis tuis: hunc intuere conuentum, & nobiscum contende defines. Dies est crucis, & gaudemus omnes, & ieunamus à malis, & purgamus omnia, interiora, exteriora. Hæc est festivitatis ratio, hic lætitiae modus. Parua dico virtutis crucis miracula. Intuere totum orbem terrarum, quam multi pagi, quam multæ vrbes, quām multæ nationes, quām multa loca, quam multæ insulæ, quam multa flumina, quam multa littora, quam multæ gentes & familias, & linguæ barbarorum, hi omnes propter crucem ieiunant, eius virtute suas infirmitates crucifigentes, multisq̄e nox absoluitur, neque tamen ieiunij labor absoluitur. Nunc etiam quid conuenimus ad audiendum aliiquid de cruce, & ecclesiam implemus nosque inuicem trudimus, sudantes, laborantes, coram iudicibus quidem qui s̄epe p̄ fidūm dignitate funēti sunt, coram Iesu vero libenter etiam stantes? nisi quod Christus sterit propter nos, vt malitia fluxum s̄isteret? Quid igitur hodie factum est? non enim opinor aure surda huius diei miracula præteruecti estis. Lumen erat reliquum, ipsumque ante diluculum, & introducitur vinctis manibus in Prætorium Pilati. Quibus manibus? quā cæcos sanabant, claudos curabant, & digitii vinculis obstringebantur, qui palpebras efformarunt, & qui naturam curabat, colligabatur, ne propium munus exequi posset. Ligatus est, qui ligat aquas in nubibus, qui soluit vincos in fortitudine, qui captiuos indulgentiam largitur; qui Lazarum soluit à vinculis mortis: pertractus est ad Prætorium, quē mille angelī stipatores, ac satellites sequuntur. Adstitit coram Pilato is cuius thronus est in cælum, & tentus trahebatur à creaturis creator, opifex ab opificio, auctor ab opere. Quid ergo postea factum est, Et ipsi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. O ingentem iniquitatem, cædem iniustitiae perpetrant, & in Prætorium ingredi recusant, cauentes ne contaminentur, qui iam contaminati sunt, oue ouem soluentes. Iudicium itaque subiit totius orbis terrarum Iudex: expositus fuit testibus qui animalium testis est, qui condidit & iudicatur. Atque homines quidem iudicium exercentes fedebant, Deus autem stabat, & stans filebat. Luxta vestibulum hominum adstans, cælestium Dominus ianuarum. Interrogabat Pilatus, fortè humanior quam Iudæi: quid fortè dico? res gestæ id verum comprobabunt. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Quis Deum potest accusare?

Cogor siquidem ex Pilati persona loqui, Iesus quippe ratabat, non quod verbis indigeret Verbum, sed ne responsive crucis coronam dissolueret. An vero possessiones concupiuit qui possidet nihil? domos alienas, qui nunquam habuit, vbi caput reclinarē? pecunias, qui proprios discipulos v̄sque ad zonam nudavit? cum non haberet alīnum, alienum quiescuit, vt nostros liberos benediceret. cauſam afferte, fingite, iuste è medio tollite. Responderunt ipsi Iudæi: si non esset hic malefactor, non tibi tradidimus eum. Magna rerum demonstratio, indefinita declaratio. dic flagitium, neque circumducas auditorem: Dixit eis Pilatus. Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate. Et quis index rei ciebat onus in caput Iudæorum: vos accipite malitia participem. Dicunt ei Iudæi. Nobis non licet interficere quenquam. Quomodo ergo Esaiam interfecitis, quomodo Zachariam, quomodo vnumquemque ex prophetis? Enimvero non licet vobis interficere, non quia non vultis, sed quia non potestis. Iam enim erant tali potestate à Romanis priuati. Lex ergo iam soluta est, in operibus quidem otiosa, in atramento confitens: eam vero soluit qui colligatus est Iesus. Tum Pilatus. Ego nullam inuenio in eo cauſam. Non tu tantum Pilate, sed neque Iudæi, neque cæci, neque mortui, neque foli, neque luna, neque mundus, neque iusti omnes, prophetæ, & martyres, neque propheta qui dicit: Qui peccatum non fecit, neque inuenit dolus in ore eius. Omnes Pilato suffragantur in iusta sententia dicenda: foli aduersantur Iudæi, cum clamore accusantes, & veritatem inobscurare tumultu contendentes, illudque Isaia dictum confirmantes: Expectauit vi faceret vuam & fecit spinas, non iustitiam, sed clamorem. Dum gererentur ista, Pilatus neque dicere, neque audire ob confusum tumultum poterat, resque ad seditionem vergebat: misit enim ad ipsum vxoris eius egregia auxiliatrix, quā virum properantem retineret, dicens: Nihil tibi & iusto illi. Siquidem possis, saluum fac illum; si vero nequeas, salua temetipsum: tantum non proferens illud Davidis oraculum. Ne perdas cum impijs animam tuam, & cum viris sanguinum viam tuam. Nihil tibi & iusto illi, multa enim passa sum hodie per somnium propter eum. Alter Joseph quā per insomnia veritatem cernit, quā Iudæorum clamoribus testimonium suum opponit: conueniebat enim vt ipsi à mulieribus superarentur. Vicit eos Raab mereptrix: vicit eos, qui sanguinis fluxum patiebatur; vicit Chananæa, & nunc rursus mulier contra illos. In angustias rediguntur Iudæi, respondent illi. Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori. Quam vero legem? quibus dictiōnibus stabilitas? An forte ijs quā hodie lecta sunt. Tanquam ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondere se obnubescens, sic non aperiet os suum. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Has ego teperio voces illis vtilis, alibi nequaquam, vnde constet iure occisum esse Iesum, ingressus est Prætorium Pilatus iracundia cedens Iudæorum, extinguere contendens flammatam inextinguibilem, ingressus est, & egressus est, vel potius ignem accedit. Exiit enim, secum habens Iesum coronatum, quod spectaculum præter illorum voluntatem apparuit: dum illis aduersarium iam coronatum ostendit, iam victorem, iam regio habitu conuestitum. Nam illud quidem ignominia cauſa fiebat: sed natuꝝ tamen regiæ dignitatis subobscurum erat iudicium. Ut autem viderunt eum, quem sape vicerunt, quem nunquam viderunt, quem semper videntes inflammantur, propria consumpti flamma, sponte quippe inflammati fuerant, clamorem ipsum Sodomiticum sustulerunt, sustulerunt, & sublati sunt, tolle tolle, crucifige eum. Vulnus regem vt vestrum crucifigam? Non habemus regem, nisi

Iob 26.

Psal 67.

Esa 61.

Ioan. II.

Ioan. 18.

Matt. 8.

Esa. 53.

Efa. 5.

Matt. 27.


Psalm. 65

Efa. 53.

nisi

nisi Cæfarem, aiunt. Abnegatio tine periequio-  
ne, impietas post Ægypti mala. Hi sunt dij tui Israël,  
qui te eduxerunt e terra Ægypti. Non habetis re-  
gem, nisi Cæfarem? quis ergo vobis dux via fuit in  
deserto? aut quis aluit quem proclamat. Moyses di-  
cens: *Dominus regnans in seculum, & in seculum, & v'tra?*  
**Exod. 13.** Quando ergo regem vestrum negatis, estote in  
posteriori sine rege, seruitutis iugum æternum tra-  
hentes. Hæc vñque ad horam gesta sunt. Vide-  
mus & reliquam diei partem tua quippe sancta est,  
accepérunt eum coronatum: quibus rebus? spinis,  
Iudæorum donis. *Expectauit, vt saceret vuas, fecit autem*  
**Esa. 50.** *spinis,* colaphis cæsus est, verberatus est, flagella tu-  
lit, sed nihil horum eum ferre puduit. Consiste  
cum Esaia, & Deum aspice illius palpebris. Quid  
ergo ait ille? *Domine quis credit auditui nostro?* Vidi-  
mus eum, & non erat ei species, neque decor: sed species eius  
inhonorata, & deficiens prater filios hominum. Non habuit  
pulchritudinem, neque speciem auctor omnis pul-  
chritudinis: lugebat enim Iudæorum mala, homo  
in plagiis cum esset, & sciens ferre languorem. homo non Deus: homo enim erat, non Deus is qui  
percutiebatur. Quis ergo ille multis laboribus pres-  
sus, multisque doloribus, & ab omnibus exagita-  
tus? num forte iustè patitur ea quæ patienda sunt?  
**Luc. 23.** Is vero peccata nostra sustinet, & nostra causa doloribus angitur. *Ego nullam inuenio in eo causam.* Noli  
tamen ob ignominiosa bona erubescere. Etenim  
tam multa passus impatibilis manebat: vulneratus  
est, sputis conspersus est, turpisima quæque tolera-  
uit, & idem manet honore cumulatus, & gloria insig-  
nis, quasi vñus ex percussis, vt inquit Esaïas. *Et*  
**Esa. 53.** *nos putauimus eum esse in dolore, & in plaga à Deo, & in af-*  
*flitione.* Ipse autem vulneratus est propter peccata  
nostra, & infirmatus est propter iniurias nostras.  
**Ibid. &**  
**1. Petr. 2.** Itaque & ipse, & nos saucij jacemus: *eius labore nos*  
*sanati sumus.* mortuus mortuorum medicus: saucius  
ærumnosorum hominum remedium contrarium.  
Sed quoisque tandem fiduciam nostram circum-  
duces, ô homo, age, dic paulo planius id quod qua-  
rimus. *Sicut ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus cor-*  
*ram tondente mutus.* Bonam ouem malis traditam co-  
quis. Si iugulatis Iudæi, ne tondete: sin autem ton-  
detis, parcite oui, quæ multa vobis vtilia parit. *Du-*  
*cebantur autem & alijs duo nequam cum eo.* Decurrit  
enim oratio nostra vñque ad vñdecimam diei ho-  
ram nequis de sua vita animum desponeat. Ac vo-  
luissem quidem historiam præterire, eo quod illam  
sæpe narrauerimus, sed video latronem, qui mihi  
vim semper infert. Neque id mirum: etenim ipsius  
etiam paradisi portis vim attulit traducta arte ad sa-

**A**lutem. Stabat in cruce agnus, cum duobus lupis.  
Veniū hic quidem animo in terris manebat, ille  
autem iam transmutatus erat. *Memento mei,* dicens,  
*cum veneris in regnum tuum.* O quanta potentia Iesu:  
latro iam propheta de cruce prædicat. *Memento mei*  
*Domine cum veneris in regnum tuum.* Quid autem regis  
vides, ô latro? colaphum, sputum, clausos & lignum,  
& Iudæorum subsannationes, & iam nudatam militum lanceam. At non cerno, inquit, quæ apparent:  
angelos adstantes video, solem fugientem, velum  
scilicet, terram trementem, mortuos fugam iam  
meditantes, Iesu omnes suscipit, qui etiam ijs ope-  
rarijs, qui circa vñdecimam horam venerunt eun-  
dem, dat denarium. *Amen dico tibi.* (Accipe & tu,  
Amen, ô latro, ô tu qui hodie latro es) *hodie mecum*  
*eris in paradiſo.* Ego qui eieci, te introducam, ego qui  
gladio ignito obsæpij aditum: nisi enim ego intro-  
ducam, clausæ manent fores. Veni huc prædo qui  
diabolum deprædatus es, & contra ipsum corona-  
tus es, cum hominem & Deum vidisses, adorasti: ve-  
tera quidem arma proiecisti, quæ vero sunt fidei re-  
cepisti. Quæ cum ita se haberent, cumque omnia  
sanctificata essent, ex athere quidem sol, è plantis  
lignum crucis, ex animalibus fel; ex pannis textis,  
tunica indiuisa; ex mari autem purpura stola, ex  
metallis & ferro lancea & clavi & gemini fontes  
sanguinis, & aquæ profusi essent, Salvator munere  
suo fungebatur. *Pater dimitte illis peccatum.* Quibus  
tandem remissio? Græcis, Iudæis, peregrinis barba-  
ris, denique omnibus, semel enim dixit, & opus vñ-  
que perficitur. non enim tantum de hostibus di-  
mitte dixit: singulis annis dicit, & semper dicit, &  
quicunque vult, accipit. Conuenerunt omnes ad  
Prætorium Pilati, quid dicentes? *Scimus quia seductor*  
**C** *ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam.* Planè scis,  
planè meministi, quia resurrexit. Muni sepul-  
chrum; mihi enim munis: custodi mortuum, ne au-  
fugiat. *Habebis, inquit, ostiolum, Ite custodite, sicut scitis.* concludite vt scitis, componite vt scitis, custodite  
sicut scitis: nisi custodiatis, mihi prætextus ratio-  
nen relinquetis. Nunc autem vobis eum trado qui  
dum viueret, comprehensus à vobis est, cum vero  
à vobis occisus est, omnes vos latuit. Permane-  
amus itaque sobrie viuentes, ne profundo Iudæo-  
rum somno opprimamur, & cum cælestibus exer-  
citibus festum diem agamus in Christo Iesu  
*Domino nostro, cui gloria & potestas*  
*nunc, & semper, & in sæcu-*  
*la faculorum.*  
AMEN.



*In aliquot harum IX. Orationum loca, scholia.*

**N**e quid forte ex ijs Chrysostomi operibus, quae in lucem edita sciremus, tibi decesserit mihi. Lector, has novem orationes, contra proprias misericordiais, qualicunque; interpretatione Latinae conuersas dare volumus, cum his scholijs:ru, quo usque; ab aliquo alio plurim codicum ope operaque accurriptione Latinitate donentur, his fruere.

Fol.910. Col.2.in orate 2. Hæc oratio Græcè sic inscribitur, εἰς τὰ ἡγια θεοφάνια. Nam in sexto Ianuarij die celebrari constat festum Epiphania in Ecclesiæ Græca. Sumuntur autem hæc duo εἰποφάνειας & τὰ θεοφάνια, nunc pro festo Nativitatis, nunc pro festo trium Regum, seu baptizimi Christi. Epiphanius sub finem librorū de hæretibus, Pag.466. ἔτε σὺν ημίσει τῷ εἰποφάνιον, ὅτε θεοφάνη ὁ σαρκὶ αὐχένις, ἔτεινται ηστίνουαι. Hieronymus Epist.152. Questiones ad quas usq; ad diem Epiphanius longissimo spatio me responsurum putabam. August. serm. 36 de tempore. Vñ in uno eodemque tempore & ederetur per virginem, & per mysterium gigneretur. Natalis ergo hodie alter quodammodo salvatoris. Ammianus Marcel. de Lulliano. Feriarum die, quem celebrantes mensē Ianuario Christiani Epiphanius distabant, progressus in coru ecclasiastum nomine adorato discessit. Nicetas in Gregor. Nazianz. orat. de Christi Nativitate. οὐ πλὴν τῆς ιούστης καληδονίας, τὸ μὲν γῳ θεοφάνια, τῆς θεοτήτος τὸ δὲ γοτθελλία, τῆς θεοποτότητος. Suidas. εἰποφάνεια ἡ τὸν κόσμον οἰκουμένας οἰκονομοῦσα. Dicitur & τὰ ἡγια φάτα, Vnde oratio eiusdem Nazianz. 19. i. sancta lumina.

Ibid. col. 2. medio, *Retraxit intra pallium.*) Græca sic habent in editione Augustana. p. 376. συνέλαβεν τοὺς τὴς διπλούδος τὴν δεῖγμων, corrigo, ἐπω τῆς διπλούδος, manifesta, τῆς opinor, sententia.

Fol. 911. col. 1. med. *sanguam ponte coniunxiſt. Græc 380. oꝝ*  
*τὸν ἐγενόντα τὴν γῆν γενέσται, τῷ ἀγρῷ τοιώντι. Ita planè*  
*Paulinus noster sub finem epistolæ ad Alethium. Quia*  
*internallum istud immensum, quo à diuina mortalia disparantur, me-  
dius, & inter utraque communis internentia suo, velut quodam (ut sic  
dixerim) ponte continuat. Malè in excusis legitur, ut sic dixe-*  
*rim potente continuat.*

Ibid. sub finem, *equalis potentia*). p. 381. in Græco libro *καὶ οὐδέγνωμεν, ταῦτα πάντα σύντομα τοις legi, ut collegi ex superioribus scribendum, οὐδέγνωμεν.*

*Fol. 912.co.1. in orat. 3. In Calendario Græcorum postridie Epiphaniae, sive 7. Januar. celebrari dicitur festum D. Ioannis Baptista, vel, vt in Syrorum Calendario, decollatio Baptista. Sic igitur post orationem in Theophania, subiungitur hæc in S. Ioan. Baptis tam, vt post illud festum, eius celeb ratis qui illius administrator fuit. Ibid. *Quæ paulo ante sunt lecta*) pro *āvrynaquæperū cœlato legi āvrynaquæperū.* Si illud retinere malis, verte, & corù qui hic regeneratis sunt.*

Fol. 913. col. 1. principio. *Eiusmodi demissis actionibus*, οὐργοῦσθαι τοις Γραῖς p. 388. Suidas οὐργάλεια, ὅταν πᾶς οἴτη βόή τε φωνῆται, ἀλλ' οὐς ὁ θεάτρους ἀντίος Στρατούς οἰος τε εἰσιν, verbum verbo si reddas, condescensus erit οὐργάλειος, qua voce Γραῖς ait de signare actiones quibus Deus se prodit, nō vt videamus eum sicuti Deus est, sed quatenus fieri potest, vt ab eo videatur, qui eum vult intueri; itaque seipsum indicat, vt pro capitu intuentis appareat. Ceterum si legere malis hic οὐργάλειος sic vertes, occasiones arripiuit. Locus est subobscurus.

*Ibid. princ. haec panis et vinum indigent.) Græc. 391. μὴ ταῦτα δια-  
volas δέσποινται, καὶ οὐκ εἰσερχόμενοι, σεντέτια exigit, ut legatur μελανοίας.  
*Ibid. med. & regno regnum.)* τὴν βασιλέατην τὴν βασιλεῖσσαν εἶναι.*

Fol. 914. col. 2. in orat. 4. quæ ex piscina exortura.) Græc. 400.  
τὸν μετόποντὸν ἐκ τῆς κολυμβήσεως ἀναβίσθη. οὐαὶ vox piscinam  
et lauacrum significat. Suidas, κολυμβησθε ὁ κάλυμψος, κό-  
λυμψος δὲ τὸ λατρεῖα. Hoc nomine Baptisterium significat, ex  
quo multi recès illuminati seu baptizati emeruntur erat,  
quos sydera vocat. Certe ex Oceano etiam solem oriri  
auint poeta. Sic iste ipse homil. 7. in epist. ad Colossens.  
δέργε τοι κολυμβήσεως ἐν ᾧ οὐαὶ ἵδρην, οὐδὲ αὔτην. Ostendam tibi  
piscinam in qua aliis quidem sepultus est, alias vero re-  
surrexit. Et paulò post τὸν θαυματόν εἶ γένεται καὶ φθεὶρ γίνεται  
εἰς τὴν βασιλεύσατι.

Fol. 91<sup>a</sup>, col. 1. princip. sum tantū delitorum.) Græcè 407. n<sup>o</sup> 159  
πατροδοξεῖν τὸ πᾶν θεόν τούτον, addidi delitorum, quasi esset τὸ πᾶν  
θεός τοις τούτοις ἀμφισβητεῖν. vel vt paulo post eadem pag. τὸ πᾶν θεός  
τὸ γένος τοῦ θεοῦ τούτου.

Ibid. fin. anteacta vita.) Græcè ἐν τῷ καλύτερῳ βίῳ ὁ λόγος. 408. Ita redidi Latinè, quasi esset, quasique esse deberet, τοῦ λόγου ὁ βίος. Iudica lector, & aut Græcum corrigere aut Latinum.

Fol. 91.6. col. 1. fin. Et recordarimi tremendoram.) In Græco libro corruptus fuit hic locus. p. 411. καὶ μεροποιός τῶν φευγάντων σημείων, τῶν λεπτορύγων, &c. Hæschelius conjecturam suā in margine addidit μεροποιός. Ego, ut referri etiam possit participiū illud ad ea quo sequuntur. leui immura-

tione lego καὶ μεμρένεο. Quod vero ait de ministris τῷ μη μουρέντῳ τὰς τῶν ἀρχών πλέγυρας λεπτάς θύματι, refero ad id quod docet Germanus Constantinop. in exposit. Liturg. p. 149. οἱ δὲ διάκονοι εἰς τόπον τὸ ἄγνωτον δυναμένοι τὰς λεπτάς της πλέγυρας πλέγυρις ὡς λεπτεργυρά πεντάτα εἰς διακονίαν ἀποστέλλουσαν προτείχισται. Graci enim diaconi solebat lineis vti stolis, & id hodieque in Græcia fit, vt amici nostri sacerdotes Graci comprobatum testimonio didici. Sunt autem ex paulo altiores, amplioreisque nostris, verum eodem patro gefantur, quo à diaconis nostris, vnde in Liturgia Chrysostomi, p. 70. editionis Morelli, καὶ τὸ μὲν ἀρχόντα εἰς πολὺν τὸν ἀρχέριον οὐμα. Caterorum illa verba, ne quis ex catechumenis haberet apud D. Iacobi Liturg. pag. II. μήτις τὸ κρυπτοχρυσίνια, κατέβη τὸ ἀρχάντα.

Fol. 918.col.1.princ. *Vt à cade facienda.*) Gr. 437. τοῖσις τὸ φίσιον, legendum censui εἰ ποιεῖται τὸ φίσιον διὰ τοῦ ἔργου κ. τ. σ. μὲν συγχρόνως.

Fol. 919.col.1.princ. *Quibus horum.*) Locus est Hierem. c. 5. ex interpretatione Lxx. τοῖσις τέταρτης γενεας τοῦ vulgata editio habet. Super quo propitius tibi esse potero. Chaldaicæ paraphrasis interpretatio. Propter quid dimittam vobis? Apud Chrysost. hic 439. ποῖσις τέταρτης γενεας.

Ibid. col. 1.fin. *Pheniton lapidem.*) Gr. 441 ἀλλά τοῦ Φεργύτην ἀλλού, οὐκ ἀνθείτο, τὴν ἐπικλησιανοῦσαν. Plinius li. 36. c. 2. hist. lapidem candidum, atque translucentem in Cappadocia repertum ait Nerone principe, qui phenigites dictus sit. Suetonius in Domitiano ca. 14. Parietes phenigte lapide distinxit, εἰ cuius splendore per imagines, quicquid à terra fiebat, prouideret. Similis est huic Chrysost. loco ille Clementis Alexand. li. 2.p̄dag. c. 12. ἐόντος ἀγριονομοῦτος λίθον ἀλλού τε θεῖον, ὃν μαργαριτήν ήγεγένη κακοποιός τοις, τὸ διανυτὴν καρδιάν οἴνον τὸν εἰς τοὺς στοχεῖα ἐπεπλήθη οὐθελαρύδην, τὸν λόγον τὸν διαβατιν. paulò post opūtum Chrysost. pag. 442. post κεραυνούσεον addendum est θητανοῦ...

Fol. 920, col. 2, princ. Cum optimam partem.) Græcè erat 448.  
οὐτὶ τὴν ἀγαθὴν μεριδὰ τῆς ἀφθονίας θέλεσθαι. legendū censimus  
ἔγειρετο, alludit enim ad illa Luc. 10. μεριδὰ τῆς ἀγαθὸν  
μεριδὰ τῆς ἀγαθοῦ. Caterorum paulò pōst in φρεστην non παρέτε  
ἐνρεγγεῖσθαι, sed παρέτε φρεστην accipe.

Ibid. col. 2. med. *Quoniam super iudicio.*) Gr. p. 449. τὸν κατεχόντα τοις νέοτες, Itaq; legitur in quibusdā editionibus apud S. Iacobum ea, 2. ep. Canonica, in aliis ἀπόκριτος, at multo magis variat interpretatio, quā lectio. Beda ex Augustino sic explicat, *Superexultas autē misericordia iudicis*, quia quemadmodū dānatus in iudicio dolebit, qui non fecit misericordiā: ita qui fecit, remuneratur exultabit, atque gaudebit. *Ocumenius παταγωνία ται, αὐτὴν τῇ νεάνιᾳ, ηγαγόντοις θεοῖς, ἀπαλλήλους.* assertur quod lepidā similitudinem, dante τῷ ἐπανοιακῷ διελεύθερῳ διδοῖ τὰς τὴν πατάλην λαζαίς, οὐαντὶ τοῦ πανυπομποῦ κείσοις τὸς παρὰ τὴν κοινωνίαν διαιρέσιν ἐπιφρόνεις διαιδούσεις ταπεινώσιος τοῖς τοι πληγοῖς ἔλεος. *Potes & vertere,* Gloriantur aduersus iudicium misericordia, vt Rom. ii. μὴ κατεκαν-*χοῦται, καλέσονται. Non gloriari aduersus ramos.*

Fol. 921, col. 1. prīne. *Mēm̄ nuptialis.*) Gr. p. 454. ὅ ἐπος ἐπι νυ-  
φας τὸν ἀντωδες τὸν ἔλαιον, ad explendā hanc lacunā in mar-  
gine additum est κηρομένιον, vel ex conjectura, vel ex ma-  
nuscripti vestigijs, unde suspicari sumus legendum, νυ-  
φέος κόρμος τὸν ιντασίον τὸν ἔλαιον, beneficentia oculū, nam & se-  
quitur κατακλιτας τῷ πόσμῳ προειδεῖαι τόπος, & praecellit νυ-  
φίον & περίειδεις κόρμος. Chrysof. sententia germana illa  
Clementis Alexand.lib.2. Pædag. pag. 61. οὐσιῶν εἰς μὲν προ-  
ποιος τῇ κηρύξῃ μὲν κόρμος ἀπός οὐνετάδοις κοινωνίας καὶ γέγονοις  
εἰς, ὃδη διδοῖς πληκτῷ αἰσθεῖται θέρη.

*Ibid. med. Nobisip̄sis. Gr̄p. 455. iōtōis d̄a τ̄ πειρών  
φιούσαται, ita erat in contextu; at in margine iātōis d̄a τ̄ ποις  
πειρώντας τ̄ φιούσαται, nempe ob suspicionem corrupta le-  
ctionis, quæ fortean ita adiuuari posset, iātōis d̄a τ̄ πειρών-  
ται φιούσαται, nos ip̄os per pauperes invaducamus. Sequitur ai-  
qd̄ παράδιος iātōis mortui.*

Ibidem post pauca in Græco ὁ ἐμπλόκος ἀγαθὸς, legendū  
ἀγαθῶν, verba sunt e Psalmō 106. Καὶ Ψυχὴ παιώσουει τηλετή-  
ντα ἀγαθάν. Item pag. 459. παιώσουει, legendū πάσας ταῖς, est  
enim locus Psal. 13., non ut est in margine 144.

Fel. 924. col. 1. princ. Imperia igne.) Malè inter puncta erat  
hæc p. 490. n. 81 vñol. n. 93 dños sc̄tūs n. 96 ic̄. bñd. n. 101 n. 102  
n. 103 dños. aut ergo legendum est n. 96. n. 103. n. 101. d. vt de  
perpetuo illo Vestalium igne, altariumve continuis sac-  
fricis intelligatur, aut distinctio addenda sic, n. 81 dños  
sc̄tūs n. 96; ic̄. bñd. n. aut impietatis ignis extinxitua est, omnia, &c.  
Ita Tertullianus lib. I. ad vxorem cap. 6. Romæ quidem,  
qua ignis illius inextinguisibilis imaginem tractant, de  
virginitate censurunt.

*Ibid. col. i. princ. Non sufficit illorum.) In Græco est ἵνειν, p. 439. sed inēi. Non sufficit illius, &c.*

ijs quæ per se ipse noscet, qui hanc interpretationem cum Graeca editione contulerit, in qua animaduerte nos editionem vulgatam sequi, nisi si quando Chrysostomus Lxx sequutus ab ea discessit. Ceterum quoniam vna cum his alias duas excusas typis erant in editione Augustana, iā Latinitate donatae, neque per otium licebat omnia notare, quæ ex collatione cum Graeco emendari poterant, quod ad metam properabant typographi, quædam tantu loca attingere libuit, quæ maioris visa sunt momenti.

Fol. 480. col. 1 Habet ergo tomo 2. homil. 15. Ex variis in Matthæum locis, cuius initium, hoc est. *Heu me quid agam?* unde sermonis exordium faciam? *quid dicam?* vel *quid raceamus?* Non enim ego tantum, &c. In Graeco vero, loco illorum verborū vñque ad, *Non enim, ego tantum, plura erant, quorū hæc est* est sententia. Rursus Herodias insanit, rursus conturbatur, rursus faliat, rursus caput Ioannis Baptiste missi ab Herode postulat. Rursus Izabel circuitus ad expiandum Nabuthe vñsan, & Eliam versus montes persequendum. Neque vero ego tantum, &c. Socrates hist. Eccles. p. 261. b. de Chrysostomo in angelis eiusdem dicitur. *Deus operatus nō in sacerdoti, tamen in sacerdoti, sed in omnibus suis operatis, quædam latentes, quæ reperiuntur in Latina interpretatione lib. 6. ca. 16. Item quæ apud Sozomenum li. 8. c. 20. Sed haud scio an ea, quæ sequuntur huius capituli mēbra sint. Nam ante ista homiliā habitā aliam fuisse ab eo, prodit idē Socrates p. 260. b. dicitur. *Yōtēs kōsēs οὐ παῖς γνωμονία ἐν τῷ λόγῳ, quā multitudi in dēteriorē partem tanquā ænigmā contra Imperatricem elatum arrupit c. 14. li. 6. & apud Sozomenum ca. 16. li. 8.* Est & apud nos liber manuscriptus, in quo hæc vituperatio mulierum reperitur absque hoc principio.*

Fol. 480. col. 1 *Sapiensissimum Salomon.* Atqui in Ecclesiastico reperitur hic locus, non apud Salomonem, in Graeco excuso typis erat, μαρτυρεῖ μει τῷ λόγῳ σοφοποτος Σαλομὼν λέγω, συνοικουσι λέοντι, καὶ δράσοι εὐδόκησοι. at in nostro manuscripto, μαρτυρεῖ σοφος λέγω, συνοικουσι λέοντι, κ. d. εὐδόκησο. Certo paulo pōst p. 421. dum citatur alius ex Ecclesiastico locus, ait Chrysostomus, καὶ μαρτυρεῖ με τῷ λόγῳ γε σοφίᾳ. Et apud Graecos Ecclesiasticus dicitur, Ἡ φύσις τὸ γένος.

Ibid. D. *Sit uis Helias, & ego sum.* Hæc verba non reperiuntur in editione vulgata, sed in Graeca interpretatione Lxx. saltem in quibusdam exemplaribus, quibus auctoritatem conciliat hic locus Chrysostomi, nam ab Antverpiensis Biblia absunt, at in Heruagiana editione, & Romana postrema Illustriss. Cardinalis Caraffæ extant. Chrysostomus ergo ita p. 420, εἰ σὺ λέπει, καὶ οὐκ Ιερόνεμος. ταῦτα ποιήσαι εἰς οἱ θεοὶ, καὶ τὰ προσθέτα.

Ibid. *Ei carit quæstadiam.* Ita quoque manuscriptus, καὶ παδινοῖς, ὑπόστοι, at in excuso typis erat. Ἐντὸν νῦν Παῦλος, καὶ πάτερος, quem locum corruptū arbitror, eō quod apud Lxx. fit in Antverpiens. καὶ εἰδούσις ἡτονοῦσι παῦλος, at in Heruag. & Romana edit. ἡτονοῦσι παῦλος, quæ vox ex Hebreo verbo rothem expressa est, quod iuniperum significat. 3. Reg. 19. Et federet subter vnam iuniperum. Paulus pōst, qui ignem ē celo deduxeras, manuscriptus habuit οὐ πῦρ ἔργοντο πέμπειν, qui ignem ē celo verbo deicerat. ita etiam p. 426. loquitur.

Ibid. col. 2. *Asteptatur huius verbo.* Rursus Salomon pro auctore Ecclesiastici perperam citatur, errore libroru. Exclusus sic habet p. 421, καὶ μαρτυρεῖ με τῷ λόγῳ Ἡ φύσις, at manuscr. μαρτυρεῖ με τῷ λόγῳ καὶ ὁ Κόφος λέγων, οὐχ εἴτι πεφαλὴ ὑπὲρ περιγράφεται. Ἐκ τοῦ κατα τοῦ ιεροῦ γενετοῦ γενναῖον. Vertendum est itaque, legendumque hoc loco. Asteptatur huius verbo sapiens dicens, *Quis non est caput, &c.* Deinde notandum hic in Graecis, legi ὅτις εἰσιλλει, ut in Romana editione, nō vt in Antverp. περιεισφεντει; & alteram partē huius veritus efferrī, vt est in Latina editione vulgata, Ecclesiastici ca. 25. ver. 21. non, vt in Graecis Biblijs, καὶ ἐν τοῖς θεοῖς οὐ πέρ θυμοῦ ἔχειν.

Ibid. *Cæsisimū lus. p. 1.* In nostro manuscripto exemplum hoc Iosephi ante illud Davidis collocabatur, seruato tempore ordine.

Ibid. b. *Sine illa pauper, siue diues, duplex malum.* Hæc verba, duplex malum, absunt à manuscripto, & postea de sola diuite dicitur duplex eam esse malum, at de paupere aliud effert manuscr. ex quo restitue in typis excuso 421. hunc locum, καὶ πεντεκάδα. Ita καὶ μὲν εἰς πεντεκάδα, τὸ πεντεκάδα. i. w. δὲ πεντεκάδα. τὴν κατα πεντεκάδαν συνεχεύσαται, διεσδι τὸ πεντεκάδα, αριστὸν τὸ ζεῖον, αριστέα πεντεκάδαν νίκος, ἀνάγεισον θηρίον. Ac si quidem pauper sit, malitia diues est, si vero facultates habeat malitia sua cooperantur.

tes, duplex malum, intolerabile animal, immedicabilis mortis immunita bellua. Scio ego, &c.

Ibid. V. si bi similem faciat, 1. Interpres videtur legisse πεδοφύλακα. Excusus & manuscr. πεδοφύλακα οὔτε, ad cedem ex insidijs patrandam exeat. Ibid. 422. in excuso γυνὶ πονηρᾳ, at in manuscr. o, vt in margine ex conjectura additū est, εἰδοῦ ἐσι πονηρᾳ γυνᾳ.

Ibid. c. *Dic verbum in Domino.* Graecè ἔπειτα πέμψατε καὶ εἰς Αντυρpiē edit. ἔπειτα πέμψατε διότι, Romana ἔπειτα πέμψατε εἰς Αγρια. In quibusdam aliis ut in Heruag. itidem ut hic apud Chrysostomus. Rectius ergo scribes, *Dic verbum in Dominum, non in Domino, vel ad Dominum.* Apollinaris ut in catena Graeca nondum edita, λέγεται, διὰ τὸ βλασphemare ἐπειστατι τὸ διάτονον ἢ τὸ πεπονισμένον ἀντὸν τὸ βλασphemare. Ideo postea Chrysostomus, ubi scribe *In Spiritum sanctum autem blasphemantι, vel certe ex Graeco, in Spiritum sanctum vero peccatum.*

Ibid. *Carnes eius misericordias.* Graec. τὰς σοφεις τοῖς σκόλης συνειπεστατα, in veribus correptas, vel, vt manuscr. σκόλης συνειπεστατα, vermis, vermis, implicatas.

Fol. 481. col. 1 *Quem hesterno die.* Hic locus sic restituendus est, primū in Graeco excuso ex manuscripto, quod à similitudinibus fit incipiendū, ὃς χρέος ἡγέτης, σημειογράφης, ὃς θεατῶν ἀγωνῶν, σημειογράφης πεπονισμένος. Quem hesterno die die ligebat, eum hodie decipiebat; quem hesterno die diligens palpabat, τοῦ διδούς decipiens sepelebat. Ei quid dicemus? sed abest à Latinis geminata paronomasia lepos, qui est in Gracis.

Ibid. *Martyr sua martyris.* In Graeco excuso τὸ γένος μυστηρίου τὸν ιχνόν πέμπειν ἀπονομάσα. In manuscr. ἀπολέπαται, appareat virtus librarij scriptum esse, *martyrio pro martyrio.*

Ibid. d. *Mulier malo & inique.* Hic quidē versus in Latina vulgata editione non extat, at in Graeca vers. 28. ca. 25. Ecclesiastici est eiusmodi γυνὴ αἵρεσις αἵρεσις δούλησται, ὕστερος δὲ διδοται τῷ φοβουμένῳ τὸν κόπειον. Graeca Chrysostomi erat γυνὴ πονηρὰ ἀνδρὶ ἄπορῳ δούλησται ἀντὶ τούτων πονηρᾳ, vel, vt habuit manuscr. brevius ἀνδρὶ ἀπαρταλῷ πονηρᾳ γυνὴ δούλησται. Mulier malo dabitur vro improbo pro operibus malis. Post hæc verba eorum loco, quæ in impressis Gracis & Latinis sequuntur de bonis mulieribus, in manuscripto subiectebantur alia quædam contra mulieres, diuerso quæ fine homilia concludebatur.

Ibid. d. *Pofit ergo ei leticiam.* corrigi, si leitacū πληνη, & paulo pōit per conuenientia strato indumenta intellige illustratum vestem, τὰ σερόπατα.


Ibid. col. 2. *Cubiti pratum adminiculabatur.* ) Graecè ἔπειτα περιεισθε πέδης ἀμφιπόλις Φοριαν, neque solū longitudinē νηνια cubiti ad ritum plantandam. de hac vidua Sarepthana vide cap. 17. lib. 3. Regum.

Ibid. *Craffia aēr caligabat.* ) Graec. καὶ ἀερικάλκωτο. Et aer factus erat as, vel æneus. alludit opinor ad illa verba Leuitici, *Si preuenit leges metas, dabo vobis celum desuper sicut frumenta, & terram eanam.* Item illud, *nubila refranata pendebant.* Graec. καὶ αερικάλκωτο, nubila refranata erant. Nulli vapores eliciebantur, vnde cum Elias pluviā dedit, nubecula primum apparuit.

Fol. 482. col. 1. *Manum libante.* διορένεται, manum ligant.

Ibid. *In libra posuit prophetæ.* Dele vocem, prophetæ, ex auctoritate Gracis codicis non enim propheta, sed vidua tentabatur.

Habes in tomo 3. alteram de proditione Iudea homiliam, & in ea locum insignem de consecratione sub finē ante illum locum Genesios 1. Non enim homo est qui proposita, &c. sed ille qui crucifixus est pro nobis Christus. Sacerdos ore praebet Graecia habent, εἰδε τὸ ιστεωτός, εἰδε τὸ ποιητήριον γενέσαι σῶμα καὶ αἷρετος ἀλλ’ ἀντός ὁ σαυτοῦς διεγένετο καρκίνος. Σχῆμα πληρῶν εἰσηκείσεος τὸ πέμπτα φεγγύον. Οὐδὲ δύομις καὶ ἡ κάρκη τὸ δεῖται, τὸ σόμα τοῦ τούτου φεγγού πεταγεθεῖσα τὰ πονηρετα. Quæ ita verit Bessarion in libro de Eucharistia contra Gracis. Non est enim homo qui hæc munera facit corpus, & sanguinem Christi, sed qui crucifixus est pro nobis Christus. Figura quidem adimplens adest sacerdos verba illa pronuntians, porfetas vero et gratia tota Christi est. Hoc est corpus meum, at. Hoc verbum res proprias transmutat. Atque hæc aliaque saltuatum notata boni consules, candide Lector, quæ tamquam ἴππονδες ἵπποις huius operis limbo attinguntur, si, cum nemo huic editioni nominatim praesenter, nobis nullo nostro periculo illudum de te bene mendendi nostrum licuerit profiteri.





B  
5  
054